HOMERI

Poetarum omnium seculorum facilè Principis

GNOMOLOGIA,

Duplici Parallelismo illustrata;

UNO Ex Locis S. Scripturæ, quibus *Gnomæ Homericæ* aut propè affines, aut non prorsùs absimiles.

ALTERO Ex Gentium Scriptoribus; ubi Citationes, Parodiæ, Allusiones, & deniq; loci Paralleli.

Insertis hinc inde Observationibus Ethico-Politicis in Sententias, & ad Voces insigniores Notis Criticis.

Cum triplici Indice { SENTENTIARUM. / LOCORUM S. SCRIPTURÆ. / VOCABULORUM. }

Quibus MANTISSÆ loco accessit

APPENDIX

Continens Syllogen Testimoniorum de HOMERO, Ex variis Autoribus, quà Antiquis, quà Neotericis collectam.

Per JACOBUM DUPORTUM *Cantabrigiensem, Græcæ Linguæ nuper Professorem Regium.*

Æschin. Orat. contra Ctesiph.

Διὰ τοῦτο οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα.

Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 16.

HOMERUS *omnem poesim suam ità Sententiis farsit, ut singula ejus Apophthegmata vicem Proverbiorum in omnium ore fungantur.*

CANTABRIGIÆ, Excudebat JOHANNES FIELD Celeberrimæ Academiæ Typographus, 1660.


J.P.
Sc.

Nobilissimo, Doctissimóque Virûm-Juvenum Quaternioni,

EDWARDO CECILIO,

Illustriss. Comitis *Sarisburiensis* filio,

JOHANNI KNATCHBULLO,

Equitis Baronetti filio natu maximo,

HENRICO PUCKERINGO,

aliàs *NEWTONO,*

Equitis Baronetti filio unico,

FRANCISCO WILLUGHBEIO,

Equitis Aurati filio itidem unigenito,

Pupillis nuper suis longè charissimis, nunc verò Amicis plurimùm honorandis.

ITerum ecce ad vos redit (Nobilissimi Juvenes) *Homerus* vester, quem non ità pridem in Academia vos quatuor simul, & unà mecum legistis. Nam nec adeò cœcus est hic senex, ut viam ad amicos non inveniat, nec me adhuc pudet aut pœnitet hunc Poetarum Regem vobis commendare. Quod igitur vir doctis-

doctiſſimus & integerrimus, mihique pariter ac vobis amiciſſimus *Barrõus* noſter nuper fecit in Mathematicis, quidni id mihi etiam in Græcis bona veſtra cum venia facere liceat, nempe vos tres-viros juvenes (quibus & quartum inſuper adjicere libuit, ut ſic integer fiat quaternio) unâ Epiſtolâ compellare, veſtríſque junctis nominibus, tanquam tot ſtellulis, ornare hoc quicquid eſt opuſculi, & deníque titulis tam illuſtribus, ceu emblematis, in aditu hujus libri præfixis, adeò ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον θέμεν τηλαυγές; Quod & eò potiori jure me facturum confido, quò propior mihi, indigno licet, neceſſitudo vobiſcum, & communio interceſſerit. Hanc autem meam qualemcunque vobiſcum conſuetudinem, nè quid diſſimulem, libenter præ me ferre, & ſeriò etiam ſubinde mihi gratulari ſoleo: Nec certè injuriâ, niſi me fallit animus, aut affectus ſaltem erga vos meus. Quis enim id non honorificum ſibi, & glorioſum meritò exiſtimaverit, quatuor tam præſtantis, támque egregiæ ſpei & indolis adoleſcentes eodem tempore ſub præſidio ſuo ac tutelâ habuiſſe? Atque utinam profectò hoc vobis perinde in bonum, ac mihi in honorem ceſsiſſet! Nunc verò, quoties ego aut oculis vos aut animo contemplor, (& contemplor ſæpiùs) toties & ipſe pudore ſuffundor, & vicem veſtram dolere cogor. O ſi cultor & curator vobis contigiſſet genio & ingenio veſtro dignus! O quàm ampli & opimi fructus ex fœcundo illo ſolo, & *ubere glebæ* proveniſſent! Me quod attinet, palàm hoc

&

& ingenuè profiteri necessum habeo; Si herbæ responderit messis, si unquam tam præclara germina adoleverint (quod equidem auguror atque voveo, imò & futurum confido) in florem & frugem spei & expectationi parem, id totum vestræ indoli & industriæ acceptum referri debet; sin minùs, in me hæc cudenda est faba. Sed nolo jam εὐφυΐαν vestram, & φιλομάθειαν, quanquam mihi præ aliis probè perspectam, candorem item & modestiam, morúmque suavitatem ulteriùs deprædicare, nè frontis vestræ teneritudinem aut læsisse videar, aut etiam solicitâsse. Quin id potiùs curabo, saltem conabor, ut quod pristino meo erga vos officio defuit, id deinceps novo & indefesso compensetur obsequio; & quò magìs vel tenuitas mea vel inertia hactenùs fraudi vobis & incommodo fuit, eò acriùs enitar in posterum, & pro virili contendam, ut votis meis, precibus, & consiliis vos adjuvare, & res ac rationes vestras & studia quoquo modo augere & promovere possim. Macti igitur estote, Nobilissimi Juvenes, præclarâ hâc indole & virtute vestrâ; pergite quo cœpistis pede, & calcate porrò, quem dudum iniistis, pietatis doctrinæque tramitem; & eâdem, quâ cœpistis viâ, ad cœlum immortalitatémque grassamini; quò literis honori, Reipub. subsidio, patriæ ornamento, amicis usui & solatio, Deo denique & bonis omnibus cordi & curæ esse possitis. Quod tum demum effectum dabitis, si præstantissimorum Autorum, inprimis verò S. Scripturarum studio ac lectioni

aſſiduè & diligenter incumbatis. *Ptolemæo* regi ſuaſit olim *Demetrius Phalereus*, ut legendis libris operam daret. Ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαῤῥοῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται. Libri vos docebunt, quæ homines aut præ inſcitia non poſſunt, aut non audent præ timore, aut præ ignavia non curant, aut certè non ſolent præ aſſentandi ſtudio. Sunt enim, proh pudor! pleríque viventium κόλακες μᾶλλον ἢ φίλοι, & palpum potiùs obtrudere amant, quàm *Auriculas hominum mordaci radere vero*: at mortui hi conſiliarii παῤῥησίᾳ & liberè loquuntur, nec verum diſſimulant, nec erubeſcunt, nec adulari ſciunt. Agite ergo, Præſtantiſſimi Juvenes, τοῖς νεκροῖς τούτοις ὁμιλεῖτε, καὶ συνδιατρίβετε, hæc oracula conſulite, in horum diſciplinam vos tradite, hos vitæ magiſtros, hos duces & monitores ſequimini; Græcos inprimis, utpote omnis politioris literaturæ principes & anteſignanos, ex quorum fontibus tum ſalubriorem doctrinæ & eruditionis imbibetis ſuccum, tum ſalutaria benè vivendi præcepta atque inſtituta haurietis. Eſt enim profectò Græca lingua clavis & janua ſcientiarum omnium, theſaurus antiquitatis, elegantiarum proma conda, mater denique & nutrix humanioris omnis literaturæ. Sed non vacat nunc, nec libet, nec opus eſt in ejus linguæ laudes excurrere, quam toties jam anteà tam ſeriò & ſedulò vobis excolendam ſuaſi, imò & (niſi valdè me ſpes & opinio fallit) etiam perſuaſi. Ex Græcis autem tres præcipuè vobis commendare ſoleo; ii ſunt *Homerus*, *Ariſtoteles*, & *Plutarchus*:

Aliorum fortè alia mens & ſententia eſt; & fruantur ſanè illi per me licet judicio ſuo, modò meum interim mihi permittant. Et de duobus quidem illis πεζογεγράφοις non eſt quod inpræſentiarum plura addam: Quàm ingens & incomparabilis doctrinarum theſaurus in eorum libris ac monumentis contineatur, nôrunt eruditi, nôrunt qui in eorum lectione vel mediocriter ſunt verſati. Dicam verbo; Equidem ſic ſentio, atque ità animum induco meum; Qui *Ariſtotelem* & *Plutarchum* ignorant, ii mihi videntur naturæ genium, & medullam hiſtoriæ, Philoſophiæ parentem, & civilis doctrinę ac virtutis ducem ignorare. Sed hiſce omiſſis, cum *Homero* nunc nobis res eſt. Qualis verò hic, quantúſque fuerit, non aliunde nobis meliùs conſtabit, quàm ex illorum Duumvirûm ſcriptis ac teſtimoniis; quorum unus Opera ſua, Ethica inprimis, Politica, & Rhetorica, verſibus & ſententiis ex *Homero* petitis, tanquam tot gemmis ſeu luminibus paſſim reſperſit, & quaſi teſſellavit; alter, præterquam quòd in libris præſertim Moralium abundat teſtimoniis ex eodem fonte deſumptis, etiam integro & peculiari libello divini Poetæ laudes, ejúſque poeſeos tum utilitatem tum excellentiam non luculenter minùs quàm fuſè proſecutus eſt. Jam innumera ferè alia ſunt de Poeta noſtro tum veterum tum recentiorum Elogia, quorum ſylvam ſeu ſegetem in calce hujus libri pleno modio, imò pleno horreo habetis congeſtam, ut exinde vobis innoteſcat, quàm unanimi

nimi omnium consensu, junctísque totius literati orbis suffragiis in cœlum laudibus evectus, & supra communem mortalitatis sortem elatus fuerit; ut jam *Homeri* nomen, non hominis, sed poeseos, sed ingenii, sed doctrinæ esse videatur. Mihi non necesse est tot Encomiis quicquam addere; & si id conarer, certè laudes tantas ingenii culpâ detererem. Nolo itaque huic purpuræ pannum adsuere, nec *Iliada* post *Homerum* scribere. Quanquam nec mihi tempero, quin vasto illi Oceano paucas hasce guttulas admirabundus adjiciam; Quæ majestas carminis! quàm ineffabilis styli sublimitas! quàm inimitabilis sermonis simplicitas! Deus bone, qui flosculi! quæ Gratiæ! quæ Veneres! quæ elegantiæ! Jam tot verborum lenocinia, tot emblemata, tot Episodia, ad fallendum tædium, acuendúmque lectoris animum divino Operi intertexta, quibus bracteata pagina passim resplendet, quis unquam satìs pro merito laudare, quis satis mirari poterit? Aut quis, nisi fortè livoris ac præjudicii cerâ oblitas & obturatas aures habens, prætervehi possit hos Sirenum cantus, qui incredibili adeò voluptate, sed tamen innoxiâ, lectorem perfundunt? At quorsum hæc? siquidem de *Homericæ* poeseos jucunditate fortè nè *Zoilus* quidem ipse, nedum *Plato* dubitare poterit; de usu & commoditate & fructu controversia est. Præfiscinè dicam; Si eò pluris æstimandi, majoríque in pretio habendi sunt *Poetæ*, quò magìs & *delectare* pariter *& prodesse volunt*, *Et jucunda simul*

mul dicunt, & idonea vitæ, certè *omne punctum tulisse* meritò censendus est noster, quippe *qui utile dulci* tam prudenter *miscuit* : Quamvis ergo in nonnullis tanquam *dulcissimè vanus* ab *Augustino*, paulò severiori censurâ, notetur, in plerísque tamen *dulcissimè utilis* non immeritò judicandus est. Hinc in *Pandectarum* Procemio *Pater omnis virtutis*, ejúsque Universa Poesis ἀρετῆς ἔπαινος, Virtutis laus & Encomium, à *M. Basilio* appellari meruit. Adeò hâc in parte Poetas omnes longè antecellit, multísque parasangis post se relinquit. Adeò utráque ejus pagina, utrúnque opus, tam *Ilias*, quàm *Odyssea*, aureis ubíque scatet sententiis, & abundat præceptis, institutísque tum moralis, tum & civilis sapientiæ, ut non mirũ sit universos ferè omnis ævi scriptores *Homeri* carmina tanquam pro tot adagiis, imò pro tot oraculis habuisse. En itáque hìc antiquissimum Poetam γνωμολογοῦντα, (& sunt οἱ γέροντες, uti nôstis, γνωμοτύποι, Gnomis & sententiis dediti) & Vatem optimum velut ex tripode Oracula fundentem; & planè Oracula, eáque veriora quàm *Sibyllæ* folia, siquidem sacræ paginæ ad amussim conformia & consentanea; quod facilè videbitis, si oculos in marginem conjicere, & locos Scripturæ Gnomis *Homericis* propemodùm parallelos inspicere velitis. Cùm ergo tot monita salutaria, atque documenta ad vitam & mores spectantia, eáque divinis eloquiis planè συνῳδὰ καὶ σύμφωνα hìc inveniatis, licet profectò vobis ex hujus Poetæ lectione non Græcam linguam solummodò, sed & mentem bonam,

&(ſi fas)etiam pietatem addiſcere. Apprimè enim mihi placet id quod in Epiſtolis nuper editis alicubi ſcripſit Eruditorum Pιinceps *Salmaſius*, *Nihil moror libros, & combuſtos omnes velim, ſi doctiores tantùm, non etiam meliores, qui dant illis operam, reddere idonei ſunt.* Scrutamini igitur, ſi placet,(& certè placet)etiamEthnicorum aurifodinas, & metalla Gentium, ſiquam fortè veritatis venam reperiatis (veritas enim ubicunque eſt, veritas eſt, adeóque pretioſa, & auro contrà non cara.) Sed multò magìs ſcrutamini Scripturas, ipſa divinæ veritatis Oracula. Gentilium, ſi vultis, monumenta revolvite; arculas omnes, & myrothecia excutite; veterûmque etiam τῶν ἔξωθεν Autorum, inprimis verò Sacri Codicis---*Exemplaria Græca Nocturnâ verſate manu, verſate diurnâ*; ea præcipuè in manus ſumite, ea penitùs imbibite, ea in ſuccum & ſanguinē convertite. Eſt quidē *Homerus* vaſtū pelagus eruditionis & ingenii,quem magnus illeMundi *Monarcha* adeò in deliciis habuit, ut noctu dormitur[9] ſub pulvinari ſuo reponere ſoleret; eum nè dedignentur Nobiliſsimi Juvenes in ſinu fovere, nec quenquam pudeat eum in ſcrinio pectoris ſui recondere,quem idem *Alexander* pretioſiſſimo illo *Darii* ſcrinio, auro gemmiſque diſtincto, includi dignum exiſtimavit. Eſt, inquam, *Homerus* immenſus ſcientiarum Oceanus, Ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ---Sed *Chriſtus* multò magìs abyſſus veritatis, & fons vitæ ac ſalutis æternæ. In *Homeri* ſcriptis (teſte *Plutarcho*) omniun bonarum artium elementa atque ſemina, omnium

omnium virtutum & vitiorum exempla, omnium ſcientiarum documenta continentur: At in *Chriſto* multò magìs (teſte *Paulo*) *ſunt omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ abſconditi.* Quid ergo *Helicon* præ *Sione*? quid *Apollo* præ *Chriſto*? quid *Pindarus* præ *David*e? quid *Seneca* præ *Paulo*? quid *Homerus* præ *Solomone*? Vellem equidem *Homeriſtæ* ſitis, vellem ut *Ariſtotelici*, vel etiam, ſi vultis, ut *Ciceroniani*, ſed multò magìs (id quod eſtis) *Chriſtiani.* Quid enim ſcientia ſine conſcientia? vel (ut ſymbolo meò ſolenni apud vos utar) *Quid prodeſt eſſe peritum, & periturum*? Quamobrem hoc agite, Nobiliſſimi Juvenes, hùc incumbite; ad hunc ſcopum collimate; finis ſtudiorum veſtrorum ſit erudita pietas: Et unicè operam date, ut doctrinam cum religione (καλλίστην ξυνωρίδα) Græcas literas cum ſacris in eodem capite, imò in eodem corde conjungatis. Atque hujus quidem συζυγίας ſpecimen quale quale hoc in libro habetis; quod quantulumcúnque demùm ſit, vobis, Generoſiſſimi Adoleſcentes, veſtríſque nominibus inſcribere volui, & conſecrare; tum ut celeuſmate hoc & protreptico vobis, licet *currentibus*, in hoc piæ eruditionis ſtadio *calcar adderem*; tum ut publicum aliquod extaret etiam ἐσομένοισι πυθέσθαι intimi mei erga vos amoris & obſequii pignus ac monumentum. Quod ut eodem animo & affectu accipere velitis, quo à me profectum eſt, nempe ſincero, prono, & benevolo, iterum atque iterum vos orarem, niſi nefas mihi eſſet de candore veſtro vel tantillùm dubitare, quem tam pro-

 lixè

lixè hactenus ſemper expertus ſum. Quocirca pluribus vos non morabor: Deſinam potiùs, & concludam carmine illo Græci Poetæ γνωμικοῦ, leviter duntaxat immutato,

Πρῶτα Θεὸν τιμᾶτε, φίλοι, μετέπειτα γονῆας,

(eſtis autem, Deo gratias, ſinguli adhuc, ut cum *Homero* veſtro loquar, ἀμφιθαλεῖς) quin & (ſi hoc inſuper de proprio me attexere patiemini, & certè patiemini)

Μή με, φίλοι, τιμᾶτε, γέροντα τὸν, ἀλλὰ φιλεῖτε,

& me porrò etiam amare pergite, nuper quidem Tutorem indigniſſimum, nunc verò

Dabam è Coll. Trin.
Cantab. Dec. 2. 1659.

Amicum veſtrum, & humillimum in Chriſto Servum

JACOBUM DUPORTUM.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

CUM *in* Homeri *lectione (nec enim diffitebor) ab ineunte ætate non mediocriter fuerim versatus; id mihi summoperè cavendum duxi, nè viderer bonas horas malè collocâsse, & inutilem prorsùs ac pœnitendam operam in hoc Autore volvendo insumpsisse. Quamobrem magna, &, uti quidem spero, honesta me jamdiu incessit cupido, publicum aliquod, si non peritiæ, at certè industriæ meæ specimen & monumentum, quod tum ad Poetæ illustrationem, tum ad usum communem nonnihil conferre posset, posteris relinquendi. Hoc an aliquâ ex parte hìc assecutus sim, penes te, humanissime Lector, judicium esto. Dum verò seriò mecum perpendi, diúque deliberavi, quodnam potissimùm deligerem argumentum huic rei aptum & accommodum, omnia ferè jam ab aliis prærepta vidi, & præoccupata; mihíque adeò vix spicilegium post messem superfuturum. Nam,* Cui non dictus *Hylas?-- aut quis non Criticorum, seu Veterum, seu recentiorum, symbolam suam hùc contulit, & ex hoc mustaceo laureolam quæsivit? Alii ergo Problemata* Homerica *scripsêrunt, ut* Zeno Cittieus, Aristoteles, Longinus; *alii de* Homeri *Philisophia, vel* Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος; *ut* Longinus *iterum, teste* Suidâ; *Alii Physiologiam* Homericam, *ut* Metrodorus *&* Stesimbrotus *(apud* Platonem.) *Alii de* Homeri *Rhetorica, ut* Telephus Pergamensis, *teste Anonymo in* Hermogenem περὶ στάσεων. *Alii* Ζητήματα Ὁμηρικὰ, *seu Quæstiones in* Homerum, *ut* Porphyrius; *Alii* Homerica *Hypodigmata, ut* Ptolemæus, Aristarchi *discipulus* (Suid.) *Alii* περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως, *ut* Basilides *apud Etymologum. Alii Glossas* Homericas, *ut* Philoxenus *apud* Suidam, *&* Protagoras, *apud* Diogenem Laertium; *Alii de Dictionibus apud* Homerum *Polysemis, ut* Longinus, *qui suprà, teste itidem* Suidâ; *Alii* Homericas Ὑποθέσεις ἐπιστημονικὰς, *seu fundamenta artium, ut* Crates, *non vetus ille* Thebanus *Philosophus (ut vult* Majoranus *in Epistolâ* Eustath. Rom.

(b 3) *Edit.*

Edit. præfixâ) sed Malotes, *Grammaticus, (apud eundem* Suidam*) qui & Criticus dictus, &* Homericus: *Alii Allegorias* Homericas, *ut* Heraclides Ponticus, *&* Proclus *in* Platonem *de Republicâ*; *Alii Geographiam* Homericam *ut* Strabo; *(qui* Homerum *ubique non minùs Geographorum, quàm Poetarum principem facit;) Alii* Διόρθωσιν Ὁμηρικὴν, *ut* Tyrannion *junior, qui &* Diocles. (Suid.) *Alii aut* Iliada Homeri, *aut* Odysseam, λειπογράμματον, *ut* Nestor Larandensis, *&* Tryphiodorus, *teste eodem Grammatico. Alii Vitam* Homeri, *seu De* Homero, *ut* Herodotus, Plutarchus, Dio Chrysostomus, *nec non* Ephorus Cumanus, *&* Metrodorus Lampsacenus *apud* Tatianum; *Alii (ni fortè aliæ, sunt enim qui* Eudociæ *Imperatrici tribuunt)* Ὁμηρόκεντρα, *seu Centones* Homericos, *ut* Pelagius Patricius *presbyter, quemadmodum eum ex Bibliothecâ* Palatinâ *citat Cl.* Vossius *lib. de Poet. Græc. Alii Heroas* Homericos, *ut* Philostratus; *Alii eorundem Epitaphia, ut* Aristoteles *in Peplo (si modò genuinus is Philosophi fœtus sit) &* Ausonius; *Alii Periochas seu Argumenta* Homericæ Iliados, *&* Odysseæ, *ut* Ausonius *iterum*; *Alii* Ἀγῶνα Ὁμήρου, *sive Certamen* Homeri *cum* Hesiodo, *ut Vetus Autor ab* H. Stephano *editus*; *Alii integra, imò ingentia in* Homerum *Commentaria, seu* Παρεκβολὰς, *ut* Eustathius, *quíque eum in suo* Amaltheæ Cornu *contraxit*, Hadr. Junius; *Alii Scholia breviora, ut Vetus Interpres, qui* Didymi *nomine circumfertur*; *Alii de Patriâ* Homeri *(quæ & in omni ævo Grammaticis crucem fixit) ut* Leo Allatius; *Alii de Nepenthe* Homerico, *ut* Petrus Seinius; *Alii de* Virgiliana Homeri *imitatione, sive de Locis utriúsque Poetæ parallelis, ut* Macrobius, Julius Scaliger, *&* Fulvius Ursinus; *Alii Phraseologiam* Homericam, *seu* Homerum *enucleatum, ut* Jac. Sorgerus; *Alii Epitheta* Homerica, *ut* Conr. Dinnerus *(qui in suâ Epithetorum Sylloge iis primas, & meritò, semper tribuit) Alii Hebraismos* Homericos, *ut nuperrimè noster* Boganus *in* Homero *suo* Ἑβραΐζοντι. *Alii Præfationes in* Homerum *Encomiasticas, è quibus præcipui mihi videntur* Politianus, Camerarius, Winsemius, Majoragius; *Alii Indices* Homericos, *ut* W. Seberus; *Alii denique vel Claves* Homericas, *vel etiam Lexica* Homerica *(atque hæc utinam majori fide ac diligentia!) composuerunt. Hæc, aliáque plura sunt, quæ de* Homero, *vel ad eum, ediderunt Critici tum prisci, tum neoterici: quorum pleraque, ex veteribus præsertim, injuriâ temporum, quasi communi naufragio absorpta, perierunt*;

quædam

quædam etiam ad nos salva enatârunt. His itaque omnibus jam præoccupatis, sola adhuc restabat Gnomologia Homerica, *à nemine hactenus, quem mihi saltem videre contigerit, ex professo tractata, nec in unum corpus redacta. Plurimas quidem* Homeri *sententias in Polyantheis, Florilegiis, & Mellificiis passim sparsas reperiemus; at qui Gnomas* Homericas, *ex reliquo opere excerptas, & in unum fasciculum collectas dederit, nondum (quod sciam) in lucem prodiit. Cùm verò* Homeri *sententiæ tam celebres, & decantatæ fuerint apud Antiquos, ut omnium ore tritæ atque jactatæ essent, & veluti proverbiorum loco haberentur, imò & in Veterum scriptis ac monumentis (nè quid de recentioribus dicam) tanquam tot stellulæ passim interspersæ refulgeant; mirum sanè, imò indignum mihi videbatur, neminem adhuc repertum esse, qui iis in unum colligendis operam impenderet, manumvè admoveret: præsertim cùm Gnomæ* Sophoclis, Euripidis, Platonis, Demosthenis, *aliorúmque Græcorum (ut Latinos omittam) tum Poetarum, tum* πεζογράφων, *qui tamen omnes ex fontibus* Homericis *suos hortos irrigârunt, suáque ferè omnia hauserunt, jam à viris doctis ex eorum operibus selectæ, & publico donatæ sint. Quid quòd utrúmque* Homeri *Poema nihil aliud esse censuerunt Veteres, quàm virtutis Encomium; in quorum altero bellicæ fortitudinis, in altero civilis prudentiæ specimen & exemplar nobis proponeretur. Duo certè* Homeri *Poemata inter cætera omnia sic mihi eminere videntur, tanquam duo juga seu culmina* Parnassi, *(ignoscant mihi eruditi, si* Batrachomyomachiam *&* Hymnos, *utpote ambo dubiæ & suspectæ fidei Opuscula, hìc omittam) ità ut Poetæ ex bino hoc tam sublimis ingenii fœtu bicipitem illum montem tantùm non finxisse & erexisse videantur. Alii, inter quos* Longinus, Iliadem *soli orienti,* Ulysseam *verò occidenti conferunt: quod equidem aliter non sumo, nec intelligo, (par enim in utrôque Opere vis & vigor & splendor ingenii) nisi quòd fortè,*

Ut esse Phœbi dulcius lumen solet
Jamjam cadentis, ——

sic in Odyssea *dulciores fabulæ & narrationes habeantur, quàm in* Iliade. *Verùm de fabulis jam & Mythologia* Homeri *(quanquam & is Poeticarum omnium fabularum fons & Oceanus) sermo nobis non est, sed de sententiis &* Gnomologia; *quam prætermissam hactenus, nec ab ullo* τῶν φιλομήρων *in*

unũ volumen seu corpus compactam, non possum profectò, ut dixi, non mirari, imò non ægrè & indignè ferre. Quòd siquis fatalis hujus ellipseos, vel potiùs paralipseos à me causam requirat, fateor me nullam idoneam rationem cogitando assequi posse: nisi fortè præstrinxerit iis oculorum aciem tam divini fulgor ingenii; ut non ausi sint huic Vatum Phœbo propiùs accedere, &, ut nec Jovi fulmen, ità nec Homero versum, aut sententiam extorquere: Quò magìs imploranda mihi venia est impudentiæ meæ atque temeritatis, quòd inconnivis oculis coruscum hoc jubar intueri sustineam, & vel ceratis pennis hunc Solem petere, potiùs quàm ceratis auribus ad hos Sirenum cantus obsurdescere. An potiùs obruerit eos nimia multitudo, atque confuderit, itâ ut in tantâ flosculorum copiâ dubii planè & incerti essent, quos legere deberent,

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, ——

Et an viderint fortè Homerum adeò scatere ubique insignibus sententiis, adeò abundare præceptis, institutisque Philosophiæ Moralis, & civilis prudentiæ, ut Gnomas colligere velle Homericas, perinde esse existimarent, ac maximam Homeri partem, aut etiam totum exscribere? Nempe quemadmodum Circulus Geometricus ὁλογωνία, ità Cyclus Homericus (h. e. ejus poesis, in quâ omnium artium ἐγκυκλοπαιδεία, saltem omnium scientiarum semina, teste Plutarcho, continentur) fuerit quodammodo (ut ità loquar) ὁλογνωμία, h.e. perpetua sententiarum inter se contextarum series & catena. Et certè adeò utrâque paginâ Gnomis refertus est hic princeps Poetarum, ut (quod Græco proverbio dicitur) Θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν ἁμαρτοι ξύλου, quàm in ejus librum aut locum quemcũnque incidens, celebrem sententiam non inveniat: Adeò quot ferè versus, tot aphorismi; quot carmina, tot oracula; quot apophthegmata, tot proverbia, uti olim observavit Macrobius. Ut ut verò hæc ità se habeant, non ideò tamen, opinor, deterreri debuerant eruditi ab hoc incepto, quin eà potiùs seligere & excerpere, quæ præ aliis γνωμικώτερα viderentur. Nec enim omnes statim apud Homerum sententiæ unâ facie censentur, sed diversimodè se habent, & certis quasi gradibus distinguuntur; potest tamen, ni fallor, omnis hæc varietas, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ad duo genera reduci, ità ut aliæ directæ, aliæ indirectæ dicantur: Directas voco, quæ apophthegmatum seu aphorismorum speciem directè & primâ fronte præ se ferunt, adeóque à Poetâ ipso γνωμικῶς usurpantur; quarum prima illa est (inquit Eustathius) quæ habetur in initio Iliados,

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, &c.

Indirectas

Indirectas seu obliquas appello, quæ non quidem γνωμολογικῶς *nec sub formâ aut facie sententiarum palàm & apertè ab* Homero *proferuntur, possunt tamen per accommodationem eo facilè flecti, ut sententiarum loco ponantur, & verò ab Autoribus sæpenumerò ità ponuntur; qui mirum quantùm luxurient, atque abundent versibus & sententiis* Homericis *ad suum usum trahendis, & aliorsùm, quàm ille intenderat, detorquendis applicandísque; & paulatìm hinc factum, ut singuli ferè hujus Poetæ versus tam omnium ore atque usu triti & vulgati, tam* ἀειβόητοι *fuerint,* καὶ πολυθρύλλητοι, *ut vel* γνωμικῶς *vel* παροιμιακῶς *usurpari cœperint. Ex priori igitur sententiarum genere haud multas me omisisse opinor, quin potiùs omnes aut pænè omnes attulisse: de altero non ausim id polliceri, cùm in nullo certo nec definito numero sint: Spero equidem me ex iis etiam quamplurimas, eásque præcipuas & insigniores selegisse; nam omnes quî potui? præsertim in tanta copia ac varietate: Nec propterea quisquam meritò mihi vitio verterit, quòd manipulum fortè post messem reliquerim; quandoquidem & hìc etiam, ut Quot versus--- ità &,* Quot homines, tot sententiæ; *dum hic unum, ille alterum, alius tertium magìs aptè & propriè ad hanc vel illam rem applicari, & vel Gnomes vel Proverbii loco usurpari posse existimaret. Illud certè affirmare non dubitem, plurimos* Homeri *versus longè meliori jure in Adagiorum censu reponendos, quàm innumera alia dicta vulgaria, & de trivio sumptas sententias, quas in farragine suâ congessit doctissimus Chiliastes. Verùm ut ego nemini hac in re præjudico, neque præscribo, quin fruatur quisque per me licet judicio suo, ità & aliorum censuras & præjudicia deprecor. Si cui videar aut plures aut pauciores, quàm pro merito, sententias in hoc albo inscripsisse, nullus intercedo, quin liceat unicuique hìc uti arbitrio suo, & aut eradere quascúnque libitum fuerit, aut inserere: Candorem interim & æquitatem Lectoris hactenus imploro, ut si in adornando hoc convivio (ut ità dicam)* Gnomologico, *in tanto hoc* Homericæ δαιτὸς ἐΐσης *delectu & apparatu, ferculum aliquod aut omiserim, quod ipse allatum velit, aut apposuerim, quod minùs ei ad gustum faciat, (quanquam valdè* ἄψικορος *sit oportet, qui* Homericas *dapes fastidiat) non tam voluntatem placendi, quàm facultatem mihi defuisse arbitretur. Et profectò siquid in tam spissa materia aut omissum, aut etiam commissum minùs rectè fuerit, non est quod prorsus de venia desperem, præsertim quando id omne peritiorum judicio corrigendum permitto. Græco textui Latinam insuper interpreta-*

tionem adjeci, eámque plurimis in locis, ut potui, emendatam; dico, ut potui; despero enim me Homericæ dictionis vim & emphasin & elegantiam Latinè unquam exprimere aut assequi posse: Imò & quod amplius est, ut dicam quod sentio, liberéque profitear (cum Viro Cl. in Tractatu de Enthusiasmo.) Bonam & rectam & congruam & exactam Poetæ nostri versionem haud unquam me visurum expecto, Εἰσόκ' ἀϋτμὴ Ἐν στήθεσσι μένῃ—— Sunt enim et phrases et verba quædam apud Homerum ἀναμίλλητα (de quibus Petr. Victor. Var. Lect. lib. 38. cap. 21.) quæ nullâ servi nec contentione vinci in aliis linguis, imò, nec exæquari possunt. In aliquibus igitur sententiis interpretandis, ut ingenuè fatear, neutiquam me, ut volui, expedivi, nec mihi ipsi satisfeci, nedum ut aliis satisfacere confidam. Interim verò, si placet (& quidni placeat?) donec quis meliora attulerit, Contenti simus hoc Catone. Atque hactenus quidem cùm processeram, defunctus videbar penso & negotio meo; quippe qui nihil aliud in initio mihi proposueram, quàm nudam Gnomologiam, seu Sententiarum Homericarum Syllogen Græco-Latinam primùm in proprios usus, deinde fortè & in studiosorum gratiam componere. Posteà verò, quoniam nec æquum nec commodum videbatur, ut solus & incomitatus prodiret senex noster Gnomologus, præsertìm cùm cæcus fuisse fingatur, idcircò duces & comites ei adjungendos putavi, tum sacros Scriptores, tum Exoticos; ut duplici hoc Parallelismo, quasi satellitio, ab utróque latere stipatus incederet. Et primò quidem à dextero latere, & ad marginem Latinæ Translationis, tanquam duces & magistri, procedunt Autores divini, Prophetæ, aliíque viri θεόπνευστοι· sequuntur deinde suo ordine, à sinistro, in Commentario citati οἱ ἔξωθεν, Apollinis nostri ὑποφῆται & Musarum Mystæ, Gentium Scriptores, qui & longam caudã trahunt, velut famuli & pedissequæ. Sacros Scriptores quod attinet, quorum dicta nonnulla cum Homeri Sententiis contuli, erunt fortasse aliqui (nam qui Poetarum lectionem, omnésque adeò humaniores literas, quarum Poetæ certè Principes, & Patriarchæ, damnant atque proscribunt, næ ego eos ad Anticyras, aut etiam ad Morboniam relegandos censeo, ut vel ipsi aliquando insanire desinant, vel saltem aliis sapere permittant: sed ut fungos hos missos faciam, erunt, ut dixi, fortasse aliqui) quibus displicebit hæc Collatio, & qui nollent Divinos Autores in eâdem paginâ cum Homero conjungi. Quorsum enim, inquient, hæc mixtura? quid sui cum amaracino? quid Ethnicorum panno cum hac Spiritûs S^ti purpura?

pura? quid paleæ cum tritico? quid vitro cum margaritis? quid huic stercori cum auro Scripturæ? Quid? annon verò Aurum Virgilius---*imò Nónne* aurum *Paulus* de stercore *sumit* Arati, *civis sui? Etiam in hoc stercorario gemmæ sunt.* Introite, sultis, nam & hìc Dii sunt, *uti olim* Heraclitus. *Veritas ubicunque est, à Deo est:* Quicquid verum à quocunque dicitur, à Spiritu S^{to} dicitur, *inquit* Ambrosius. *Quicquid uspiam Gentium rectè & piè & sobriè, & verbo divino congruenter & consentaneè dicitur, Christi est, & Christianorum. Et licet profectò aurum & gemmas, &* vasa atque ornamenta, *& reliqua* Ægyptiorum *spolia Gentilibus tanquam* injustis possessoribus *eripere, & in peculium* Israelis, *h. e. populi Dei, transferre, &* in usum nostrum vendicare, *ut eleganter* Augustinus *(De Doctr. Christ. l. 2. c.* 40. *) Et ad hunc utique scopum præcipuè collimat hæc* Gnomologia *nostra; in quâ* Homeri *flosculos, & sententias insigniores hinc indè sparsas delibamus atque decerpimus, ut ex iis sc. puriores ingenii & doctrinæ hauriamus succos, adeóque mel & favos in Ecclesiæ usum atque esum conficiamus,* ---apis *Matinæ* More modóque, Grata carpentis thyma per laborem Plurimum--- *uti suaviter de se canit Lyricus ille mellifluus: Quâ eâdem similitudine, hâc ipsâ in re, usi etiam ex Ecclesiasticis Scriptoribus non pauci; inter quos* Basilius Magnus *Homiliâ* πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων, *&* Antonius *Monachus, qui eòdem respiciens Florilegium suum* Melissam *inscribi voluit. Quod igitur* Epicuro *suo* Lucretius, *quidni & nos* Homero *nostro?*

———Tuis ex, inclute, chartis
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

aurea, *inquam,* dicta: *sunt enim &* Homeri *certè, magìs quàm* Epicuri, dicta aurea, *nec minùs quàm* Pythagoræ, *seu* Lysidis, *seu* Pythagorei *cujuscunque* aurea carmina: *quippe Poeta noster, etsi non admodum auro abundaverit, carmina tamen tam divite venâ composuit* χρυσοῦ χρυσότερα, *ut quò quisque àb ejus temporibus pretiosiora, magisque aurea, ingenii sui reliquerit monumenta, eò magìs* Homeri *genius atque anima per* μετεμψύχωσιν *quandam* Pythagoricam *in eum, uti olim in* Ennium, *transmigrâsse videatur. Et quidni liceat componere sacra profanis? modò cautè, reverenter, & modestè hoc fiat. Si Beatus Apostolus Ethnicorum Vatum testimonia divinis suis Epistolis inserere, & vel* Menandri versum sancti-

 sancti-

ſanctificare *(ut loquitur* Tertullianus) *non dubitavit, quidni liceat Sacrum Codicem ex Gentili Poetâ illuſtrare, & utriúſque locos conſimiles inter ſe conferre? Licet, imò & (ni fallor) etiam expedit; modò in omnibus* Hagar *ſe* Saræ *ſubmittat, & exotica diſciplina tanquam pediſſequa Dominæ Theologiæ, & ſacræ Scripturæ ancilletur. Volupe profectò id, & ex uſu fuerit diſpicere, quàm propè ad* ἡμετέραν θείαν αὐλὴν *(ut loquitur* Euſtathius) *accedant etiam* οἱ ἔξωθεν *ſcriptores; quantùm ſe ubique exerat* τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ *vel in Gentilium libris; quæ ſtricturæ atque ſcintillæ veritatis divinæ in eorum ſcriptis inter ſe colliſis appareant; videre* Oſculum ſeu Conſenſum Ethnicæ & Chriſtianæ Philoſophiæ; *(quemadmodũ* Mutius Panſa *librum ſuum hâc de re indigitavit) quæ denique* συνῳδία *& concordia ſit paginæ ſacræ & profanæ, diligenter obſervare. Illud jam apud omnes in confeſſo eſt, non Ethicam ſolùm, ſed etiam Theologiam Gentilem ex Muſarum fontibus hauſtam antiquitùs & derivatam; adeóque Poetas Ethnicos Veteribus Philoſophos, Prophetas, & Theologos, & Deorum Myſtas, Interpretes, & Miniſtros (*Θεῶν ἑρμηνέας καὶ ὑπηρέτας *vocat* Plato) *fuiſſe habitos, utpote divinitùs quodammodo afflatos, & Entheo furore correptos: Unde* Pelignus *vates de ſe ſuiſque Muſarum Symmyſtis, (De Arte Am. l. 3.)*

> Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli:
> Sedibus æthereis ſpiritus iſte venit.

Et iterum (Faſt. l. 6.)

> Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo:
> Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Quam fortè ob cauſam iidem & celſiſſimis montibus inſidere, & indormire dicebantur, quaſi nimirum in cælum rapti, adeóque, & ſupra ſphæram humanam & communem mortalitatis ſortem evecti, ſublimi vertice ſidera ferientes, *cum Diis & cælo propius haberent commercium.* Homerus *inprimis in hoc cenſu repoſitus; (juxta illud* Pythii Apollinis *oraculum,*

Ἤειδον μὲν ἐγὼ, ὃ δ' ἀπέγραφε θεῖος Ὅμηρος.)

idque tam unanimi omnium ſuffragio, ut etiam ii, qui alioqui minùs æqui illius cenſores habiti ſint, cum tamen non ſolùm μουσοπάτακτον, *ſed &* θεοδίδακτον,

κτον, divinitùs doctum & inspiratum *fateantur. Huic rei duo mihi locupletissimi testes sunt, è veteribus unus, alter è neotericis,* Plato *&* Scaliger, *Philosophus utérque sui ævi celeberrimus.* Plato *igitur etsi Poetam nostrum è Repub. sua expulisse dicatur (de quo posteà videbimus) in Dialogo tamen qui* Io *inscribitur, & qui totus ferè in* Homeri *laudibus insumitur, ait omnes bonos Poetas (sed nostrum inprimis)* οὐ τέχνῃ, ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει *carmina sua fundere, utpote* ἐνθέους ὄντας, καὶ κατεχομένους, *h. e. interprete* Cicerone *(Orat. pro* Archiâ *Poetâ)* quasi divino quodam spiritu afflatos. *Cùm verò disertis verbis hoc affirmet* Plato, *& tamen* Origenes *contra* Celsum *l. 4. expressè neget eum de* Homero *aliísque ità sensisse,* (Πλάτων μὲν δῆλός ἐστι μὴ φρονήσας ἐνθέους γεγονέναι ἄνδρας) *certè, nisi* Aristonis *filius* ἕτερον μὲν ἔχωθεν ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δ' ἔβαζεν, *hoc eruditissimi illius Patris* μνημονικὸν ἁμάρτημα *fuisse fatendum est. Jam verò* Julius Scaliger, *vir sanè doctissimus, sed nimium audax, & præfidens, & judicio suo supra modum indulgens,* Homero *semper iniquior, ità ut non tantùm* Maronem, *sed etiam* Musæum, *ei anteponere non vereatur; (multùm licet refragante totâ ferè Criticorum natione, intérque cæteros ipsius filio* Justo Josepho, justiore *sanè hâc in re judice) idem tamen* Scaliger *in libb. Poet. l. 1. c. 2. Poetam hunc divino spiritu actum & afflatum dicere non dubitavit.* Poetarum, *inquit,* θεοπνεύστων duo genera; unum cui cœlitùs advenit illa divina vis -- quorum numero seipsum ponit *Hesiodus, Homerus* autem ponitur ab omnibus. *Equidem etsi* Homero *tantùm tribuo, quantùm ferè homini tribuere fas est, eum tamen in numero* τῶν θεοπνεύστων *ponere non ausim: Et quanquam haud dubito, quin piè satis senserit* Scaliger, *quippe qui ex communi Veterum opinione, &* Platonem *inprimis respiciens, hæc dixerit; fallor tamen, nisi acer ille Criticus, qui censoriam virgulam tam liberè ubique in alios stringit, ipse cautiùs saltem loqui debuisset, notante Cl.* M. Casaubono *(lib. de Enthus.) & vel aliorum potiùs verbis de Poetico hoc &* Homerico *Enthusiasmo uti, vel utcúnque abstinere voce* θεόπνευστος, *quæ ex communi et recepta jam passivitùs loquendi consuetudine propriè ad Scriptores tantùm Sacros peculiari quodam jure ac privilegio accommodatur. Quanquã et hoc acutissimi viri de* Homero *dictum minùs mirabitur, qui Epistolam ejus ad* Sylvium *filium illi Operi præfixam legerit; ubi sc.* Poesin *vocat* divinam facultatem, quæ incenditur atque perficitur afflatu numinum superiorum. *Nequis igitur ità de me existimet, quasi in hoc Parallelismo*

id agam, nempe ut Scriptores Sacros et profanos simul in æquilibrio ponam, aut quasi velim inde Davidem *puta, vel* Solomonem,

Atque aliâ parte in trutinâ suspendere Homerum.

(Juvenal. *Sat. 6.*) πολλοῦ γε καὶ δεῖ· *procul, procul absit à me hæc impietas, imò insania; quippe qui nôrim tantùm distare Eloquia divina à Gentium scriptis, etiam optimis et pulcherrimis,* ὅσον οὐρανός ἐς' ἀπὸ γαίης. *Iterum dico, procul à me absit, ut* Homerum *Scriptoribus Sacris, Vatibus* θεοπνεύστοις, *aliísque Spiritûs S*ti *amanuensibus æquipararem: absit, ut nugas et nænias Poetarum cum Sacrosanctis Dei Oraculis, ut turbidos et cœnosos Ethnicorum rivulos cum limpidissimis Scripturarum fontibus compararem:* Οὐκ ἂν οὕτω μανείην ἔγωγε. *Imò palam profiteor, atque proclamo, ità ut omnes audiant (arrige aures, ô* Mome, *et tu,* Zoile, *quisquis es, si modò es) Si Verbum Dei* quasi in alterâ libræ lance ponatur, terram, mihi crede, ea lanx, & maria, *Poetas, Rhetores, Historicos, Philosophos, omnes denique omnium Gentium Scriptores, nedùm unum* Homerum deprimet. *Adeò* incomparabiliter pulchrior est Veritas Christianornm, quàm *Helena* Græcorum (Augustin. *Epist. 9. ad* Hieron.) *quantumvis* Homerico *penecillo depicta; et* μυριομυριάκις *suavior Psalmus* Davidicus, *quàm Ode* Pindarica; *utcúnque contrà senserit dixerítque (si* Melanchthon *et* Mornæo *fides) doctus ille* Florentinus, *Autor admodum* politus, *sed in hoc sanè parùm* Angelicus. *Ex animo itáque subscribo sententiæ illi Cl.* Molinæi *(Tractat. de Cognitione Dei)* Davidis poemata enthea tantùm distant ab *Homero*, quantùm cœlum à terra, & fabulæ humanæ à veritate divinâ. *Longè, longè, imò infinitis parasangis alios, quotquot uspiam sunt, transcendat Sacer Codex: at quid si dicam,*

Proximus huic, longò sed proximus intervallo,

liber ille, quem Iliadem bonorum *non minùs verè quàm eleganter appellat* Eustathius? *Nam inprimis inimitabilis illa sermonis sublimitas, majestas, atque simplicitas (quibus, non minùs quàm suavitate et elegantiâ, cæteros omnes Gentium Scriptores, non Poetas modò, sed et* πεζογράφους, *longè antecellere mihi semper visus est* Homerus) *quàm propè ad Autores sacros et* θεοπνεύστους *accedit! Verùm cum phrasi et stylo et normâ loquendi* Homericâ *mihi jam res non est; nec id ago, ut ostendam, quàm conformis ea sit et*

affinis

affinis idiomati S. Scripturæ; *quandoquidem hoc abundè fecit doctissimus* Boganus *in libro, cui Titulus* Homerus Ἑβραΐζων, *ubi complurimas utriúsque phrases & formulas inter se comparavit, ut nimirum probaret* neminem Poetam tantopere referre Scriptores sacros. *Mitto jam veteres ritus, & consuetudines antiquissimis illis & heroicis temporibus receptas, &* Homeri *carminibus passim inspersas*; *quarum utique diligens lectio & observatio non paucis Veteris Instrumenti locis, qui viz. priscos istiusmodi ritus respiciunt, lucem fœnerari possit: uti in libro de* Enthusiasmo *annotavit Vir Cl. suprà laudatus. Mihi verò id unum institutum fuit,* Gnomas, *seu Sententias Morales seu Ethicas, & aliquando (licet rariùs, nam Physiologia, seu Philosophia* Homerica *alterius loci est) etiam* Physicas, *ex principe Poeta hinc indè excerpere, & cum dictis quibusdam S. Scripturæ, si fortè similibus, & pænè parallelis, conferre: ídque eâ demùm fine, ut exinde appareat, aliquammultos locos sacræ paginæ per sententias ex* Homero *adductas &* ἐν παραλλήλῳ *positas illustrari quadantenùs et explicari posse. Vir ille doctus, quem modò nominavi, in suâ Comparatione* Homeri *cum Scriptoribus Sacris,* non Sententiarum Collationem *sibi* proposuit, sed idiomatum: *Ego contrà (salvâ Scripturæ reverentiâ id dicam) non idiomatum, sed sententiarum. Nec, opinor, immeritò: nam siquis sit inter Scriptores Ethnicos, præsertim Poetas, cujus crebriores, celebrioresque sententiæ cum Divinis Oraculis affinitatem quandam habere videantur, is profectò* Homerus *est.* Quis nescit (*inquit* Hieron. *Epist.* 84. *ad* Magnum) & in *Mose* & in Prophetarum voluminibus quædam assumpta de Gentilium libris? *Pari certè, aut etiam meliori jure, quærere liceat, Quis nescit et in* Homero, *et Poetarum libris quædam assumpta de voluminibus Sacris? Equidem haud ausim id pro certo affirmare, quod tamen viri docti haud levibus argumentis, aut saltem probabilibus conjecturis permoti suspicantur, nempe Scriptores Sacros ab* Homero *visos, lectósque*; *dico, visos, lectósque: nam* siquis *Homerum* cœcum genitum (*inquit* Velleius, *quid si dicam, vel cæcum omninò fuisse*) putat, omnibus sensibus orbus est. *Abeat ergò, quò meritus est vulgaris ille error de cæcitate summi Vatis, et locum habeat inter Pseudodoxias Epidemicas. Sed hoc obiter. In* Ægypto *certè fuisse* Homerum, *ibíque aliquandiu commoratum, narrat* Diodorus Siculus, *et plerique Autores consentiunt:*

consentiunt: Quam & ille regionem præ aliis tum à soli fertilitate, tum à medicamentorum abundantiâ, reíque medicæ peritiâ, quasi αὐτόπτης *& indigena illius loci, diligenter describit. Unde &* Calasiris Ægyptius *apud* Heliodorum (Æthiop. *l.* 3.) *septem illis Urbibus plorare jussis, frustráque inter se de* Homeri *natalibus digladiari permissis, eum civem suum esse contendit, ídque multis rationibus evincere satagit. Ibi itáque fortean Theologiam didicerit Poeta noster, imò &, si* Justino Martyri *in* Parænetico *credimus, non pauca ex Scriptoribus Sacris in poesin suam transtulerit: ità enim ille,* Ἵνα δείξωμεν τὸν ποιητὴν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς θείας τῶν προφητῶν ἱστορίας πολλὰ εἰς τὴν ἑαυτοῦ μεταβαλόντα ποίησιν. *Qualia nimirum illa sunt, quæ inter alia ibi meminit Sanctus* Martyr, περὶ ἑνὸς Θεοῦ, *de uno Deo,*

Εἴ κέν μοι ὑποταίη θεὸς αὐτός. *(Il. ι'.)*

περὶ Κοσμοποιΐας. *de Creatione mundi, quam in* Ἀσπιδοποιΐᾳ *graphicè descripsit: de Paradiso, quem in* Alcinoi *hortis adumbravit: de structura turris* Babylonicæ, *in* Oto *&* Ephialte *suggestu montium cælum scandere nitentibus (ridiculus enim est* Celsus *apud* Origenem *lib.*4. *qui è contrario historiam turris* Babylonicæ *ab hac* Aloidarum *fabulâ arcessit) de* Satanâ *è cælis dejecto, in* Ate, *quam sc.* Jupiter

———Ἔρριψεν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος. *(Il. τ'.)*

denique, nè plura addam, de Creatione hominis ex limo terra, in eo, ubi cadaver Hectoris κωφὴν γαῖαν *appellat. Quando verò cum* Justino *dicimus eum ex Prophetis, aliísve scriptoribus* θεοπνεύστοις *multa mutuatum esse, suisque poematis inseruisse, vix certè est, ut alios intelligamus, quàm* Mosem, *& si fortè* Davidem *ac* Solomonem; *quippe qui (nisi nos fallunt Chronologi) alios ferè omnes Scriptores Sacros ætate præcesserit. Quanquam enim de* Homeri *ætate (non minùs quàm de patriâ) celebris jam olim & ardua fuerit inter Criticos controversia (de quâ consulendi inter alios & præ aliis* Clemens Alex. *Strom.* 1. Eusebius *in Chronico,* Agellius *l.* 17. *c.* 21. Scaliger *in* Euseb. *&* Vossius *de Poet. Græc. c.* 2 *) quantum tamen mihi ex variantibus Autorum sententiis colligere vel potiùs conjicere licet (& certè in re tam creperâ et obscurâ*

Ἄριστος μάντις, ὅστις εἰκάζει καλῶς)

ii proximè ſcopum attingere videntur, qui Homerum *floruiſſe dicunt centum circiter & ſexaginta annis poſt* Troiæ *excidium, h e. circa tempora* Davidis *aut* Solomonis. *Siquidem ex communi ferè omnium Chronologorum conſenſu incidit bellum* Trojanum, *adeóque* Ilium *captum in ætatem* Judicum Iſraeliticorum, *non procul à temporibus* Jephtæ *: Unde* Iphigeniam *quaſi* Jephtigeniam *dictam fuiſſe (detortâ voce, corruptáque, ut fit, per Gentilium fabulas Hiſtoriæ ſacræ veritate) ingenioſè hariolatur vir doctiſſimus* Lud. Cappellus. *(in Diatribâ de Voto* Jephtæ*) quadrat enim Chronologia; quippe* σύγχρονοι *erant* Jephta, *&* Agamemnon; *nec cætera diſcrepant; utérque Dux populi ſui, & Imperator exercitûs, utérque victor hoſtium, & (quod caput eſt) utérque circa idem tempus filiam ſuam immolavit. A* Jephtâ *autem ad* Solomonem *totidem ferè anni numerantur, quot à bello* Trojano *ad* Homerum; *anni nempe, ut diximus, plùs minùs CLX. Quod ſi ità ſit, & rectè calculum ponamus, fieri vix poteſt, ut ulla è Scriptis ſacris aut Propheticis* Homeri *temporibus extiterint præter* Moſaica, *h.e.* Pentateuchum, *& ſi fortè librum* Jobi, *cujus etiam idem* Moſes *autor fuiſſe perhibetur. Quanquam enim* Homerus *aliquot ſeculis fuerit* Moſe *poſterior, at certè reliquos Prophetas, eos ſaltem, quos* נביאים אחרונים *vocant Hebræi, aliquot annorum luſtris anteceſſit: Ex his itaque nihil mutuari poterat, utcúnque ex ſacro illo Hiſtoriographo, & antiquiſſimo omnium ſcriptore, fortè ea quæ memorat* Juſtinus, *& ſimilia, in poeſin ſuam tranſtulerit. Jam ut* Moſes *ſine dubio Scriptor omnium, quotquot unquam fuere, vetuſtiſſimus, ità illud etiam apud omnes in confeſſo eſt, neminem hodiè extare inter Autores Ethnicos* Homero *antiquiorem.* Ὅλως παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. *verba ſunt* Joſephi *in aureo illo libro contra* Apionem I. *Et clarè hanc in rem* Tatianus (*Orat. adv. Græc.*) Ὅσῳ δ' ἡμῖν κείσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τοῦ ἑκατέρου αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, καὶ τῶν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τῆς δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν. *Et* Juſtinus *quidem,* Martyr *ille, & Doctor Eccleſiæ celeberrimus, in ſua ad Gentes Parænesi* Homerum *ait, non minùs quàm* Platonem, *cùm in* Ægypto *eſſet, Theologiam ex ſcriptis* Moſaicis *didiciſſe: Quod tamen de* Platone Numenius, Τί ἐστι Πλάτων ἢ Μωϋσῆς Ἀττικίζων; *id equidem de* Homero *dicere non auſim,* Τί ἐστιν Ὅμηρος ἢ Μωϋσῆς Ἑλληνίζων; *Hoc tantùm dico; potuiſſe id fieri, quod affirmat Sanctiſſimus* Martyr, *&*

quidem Deo ſic ordinante fieri, ut primus & præclariſſimus Gentium Scriptor, & qui inter omnes alios tum antiquitatis tum ingenii palmam obtinet, is primo itidem & antiquiſſimo inter omnes Dei amanuenſes Scriptori aliquid acceptum referret: útque ille, ex cujus fontibus alii omnes τῶν ἔξωθεν *Scriptores non tantùm* Pierias aquas, *ut loquitur* Ovidius, *ſed uberrimos ingenii & doctrinæ latices hauſerunt, is etiam ex Sacris Sciptura fontibus hortos ſuos irrigaret. Quin & illud inſuper obſervatu dignum mihi videtur, in hoc Paralleliſmo ſacro, in hâc ſymphoniâ divinæ, humanæque ſapientiæ, maximum reperiri conſenſum inter Vatem hunc noſtrum, ejúſque* συγχρόνους, *Duumviros dico illos (quorum temporibus vixiſſe creditur* Homerus) Davidem *&* Solomonem*: Siquidem ex horum libris, utpote* Gnomologicis *& Poeticis, plures loci petuntur, quibus ſententiæ* Homericæ *quadantenùs affines, quàm ex ullis aliis Scriptoribus ſacris, uti Scripturarum Indicem in calce hujus Operis annexum inſpicienti patebit. Ut ut verò hæc ſe habeant; ſive* Homerus *in* Ægypto *fuerit, ibíque de* Moſe *ejúſque ſcriptis aliquid audierit; (de quo nollem ego cum quoquam contentionis funem ducere) ſive ex ſacra Hiſtoria, ſive aliunde hauſerit, aut fando acceperit, ſive inſtinctu quodam naturæ (non enim dicam, numinis) hæc didicerit; at ſunt profectò in ejus poeſi non pauca divinis eloquiis apprimè conſona, & pœnè ad amuſſim conſentanea. Hinc & tanta* Homeri *autoritas & reverentia erat apud Antiquos, ut ejus carmina pro oraculis, ejúſque Poemata quodammodo* Bibliorum *loco* (Caſaub *de Enthuſ.) à Gentilibus haberentur. Nec aliâ certè de cauſâ videtur divinus ille* Plato Homeri *lectionem in Repub. ſua probibuiſſe, quàm quòd profunda adeò & abſtruſa tum naturæ tum religionis myſteria, & quorum vulgus omninò capax non eſſet, in ejus poematis continerentur. Cùm enim Græci iis temporibus ex fontibus Poetarum, quos entheo ardore actos, divinóque ſpiritu afflatos credebant, Philoſophiam ſuam omnem, imò & Theologiam derivarent, noluit vir ſapientiſſimus* Homeri *lectionem cuivis promiſcuè in Repub. ſuâ permittere, nec proſtituere; nè allegoricæ illæ de Diis narrationes in ſequiorem partem, & in contemptum numinis raperentur ab imperitis hominibus, qui tam altos abditóſque rerum ſenſus ſub allegoriis & ænigmatis & fabularum involucris latentes eruere non poſſent, nec comprehendere. Quid ergo? non* Homerum *ex omnium manibus excutere voluit* Plato; *ſed nec quemvis ad ejus lectionem admittere: Plurima enim apud eum occurrunt allego-*

ricè

risè dicta (inquit Max. Tyrius Dissertat. 19.) ὧν ὁ μὲν ἀνόητος ὡς μύθων ἀκούει, ὁ δὲ φιλόσοφος ὡς πραγμάτων. Arcendos igitur censuit ab his Musarum adytis rudes & imperitos, & divinæ illius sapientiæ ἀμυήτους, quæ sub carminibus & figmentis Homericis contineretur; nè-sc. fabularum dulcedine capti & deliniti, hærerent in cortice, nec ad medullam penetrarent, adeóque à veritatis tramite deflecterent, & pravas de Diis opiniones imbiberent. Quin ipsum, si placet, audiamus Platonem, optimum sui interpretem, οὐ δεῖ τοὺς ἀμυήτους σοφίας Ὁμηρικοῖς ἐμπίπλειν ποιήμασιν, ἵνα μὴ μύθους οἰήσαιντο γράφειν τὸν ἥρωα (De Repub. l. 2.) Homeri itaque lectionem non prorsus prohibuit; sed cuivis indiscriminatim non permisit. Vel etiam prohibuit in Republica; sed in Repub. suâ: quâ verò illâ? Utopicâ certè & Chimæricâ: in quâ si viveremus, fortè nullo nobis libro nec Autore, nedum Homero opus esset. Quid quòd nec ille Homerum è Repub. suâ ejecit, nec ignominiosè expulit, sed cum honore dimisit; laudatum sc. & coronatum, ut loquitur Minut. Felix; etiam & unguento delibutum, μύρῳ καταλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ut Theodoretus Therapeut. 1. ex Dione Chrysost. Orat. De Homero. Et profectò quis unquam animum inducere possit, ut credat illum non fuisse φιλόμηρον, summúmque Homeri admiratorem, qui tam honorificam ubique ejus mentionem facit, eúmque tantis laudibus in Jone aliísque Dialogis passim prosequitur? qui patres & duces sapientiæ Poetas appellat, οὗτοι γὰρ ἡμῖν ὥσπερ πατέρες τῆς σοφίας εἰσὶ καὶ ἡγεμόνες (in Lyside) inter Poetas autem Homero palmam tribuit, utpote τῷ ἀρίστῳ, καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν, (in Jone.) Denique quomodo ille contemptim de Homero sentiret, qui tantum illi deberet? qui ubique adeò in scriptis suis Ὁμηρίζει, & Poetam nostrum tam studiosè imitatur, ut non magis Socraticus sit quàm Homericus, uti jampridem observârunt Critici. Unde & apud Ciceronem (Tusculan. l. 2.) Homerus Philosophorum à Panætio dictus est, non tantùm propter excellentiam, sed etiam quia inter omnes Philosophos ad Homeri dictionem, imò & mentem, quamvis ab eo alicubi dissentire videatur, proximè accedit. Et omninò pedibus eo in sententiam Viri Cl. semel jam & iterùm laudati, cujus (in Tract. de Enthusiasmo) hæc verba sunt. Platonem admiramur, ut Philosophum: qui verò eum eodem judicio quo Antiqui legerint, ii deprehendent, Poeticam ejus quam non profitetur, magis quàm Philosophiam illam quam profitetur, adeò admirandam esse. Sed sentio me longiùs progressum, imò digressum, quàm instituceram,

 &

& ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν· Retraho me, & in viam redeo. Non hìc Philosophiam Homericam nec Theologiam, sed Gnomologiam damus; nec fabulas & allegorias, sed Gnomas & sententias morales ex reliquo opere excerpimus, eásque cum locis quibusdam Scripturæ tantùm non parallelis contendimus et comparamus. Quâ quidem in re, si ulteriori adhuc apologiâ mihi opus sit, possem magnis exemplis me defendere ac tueri, nec deesset mihi Sanctorum Patrum, Græcorum inprimis, autoritas, Justini M. Clementis Alex. Eusebii, Theodoreti, aliorum, qui passim in scriptis suis, ad Gentes præsertim, tum Apologeticis, tum Parænetìcis, hâc viâ nobis præeuntes facem prætulerunt, veterúmque Ethnicorum dicta & sententias cum locis quibusdam Scripturæ contulerunt, ut ostenderent quanta esset inter ea conformitas, adeóque Gentiles ex suis scriptis refellerent, suísque ipsorum pennis configerent. Horum ego vestigiis insistens, & exemplo fretus, sententias sacras & Homericas inter se invicem comparavi, non quidem omnes (nec enim id mearum est virium) sed plerásque opinor, &, Homeri saltem, præcipuas. Utrinque abyssus est, & ferè inexhaustum pelagus; feci quod potui, non quod volui, nec quod debui; Veniam igitur non laudem peto: nec certè culpandus est, qui post vindemiam racemationi locum relinquit: supplebit fortè alius hunc defectum, ut facile est inventis addere. Attulisset melior Homerista plures sententias ex Homero, & melior Textuarius plures ex Scriptura locos parallelos. Quantum porrò fructus & emolumenti hinc nobis redundet, ex Gentilium librorum & sacræ Scripturæ locis ac sententiis similibus invicem collatis, testis est omni exceptione major Magnus ille Basilius, Homil. jam suprà laudatâ Πρὸς τοὺς νέους, de capiendâ ex Ethnicorum scriptis utilitate; ubi cap. 4. inter alia egregia hâc ipsâ de re verba faciens, hæc habet; Εἰ μὲν οὖν ἐστί τις οἰκειότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, προὔργου ἂν ἡμῖν αὐτῶν ἡ γνῶσις γένοιτο· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε παράλληλα θέντας καταμαθεῖν τὸ διάφορον, οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τοῦ βελτίονος. Nec utile solùm, sed & jucundum fuerit, hanc utriúsque paginæ, sacræ sc. & paganæ, symphoniam & harmoniam audire; & observare quàm amicè inter se conspirent atque consentiant Solomon puta & Homerus, sacrorum ille, hic τῶν ἔξωθεν scriptorum (si doctis credimus) sapientissimus. Quantam ergò utilitatem quanta cum voluptate conjunctam hæc res habeat, locorum nempe Homericorum cum sacris ἀντιπαραβολή, jampridem monuerunt viri incomparabiles, quorum autoritate atque sententiâ ad suscipiendam hanc Gnomologiæ

mologiæ *ſacræ & * Homericæ *collationem me primò adductum fateor; præſertìm cum animadverterem præclarum Magni illius* Grotii *hac de re judicium atque conſilium, quo dudum permotus ſum ad hoc opus aggrediendum, ut & alterius viri doctiſſimi* --ἔπι ζώοντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο *de eadem hac locorum* Homericorum *inprimis & ſacrorum comparatione inſtituendâ. Quorum utriúſque verba & loca inſignia hùc ſpectantia, quia prolixiora ſunt quàm ut hìc inſerantur, Præfationi huic ſubnectenda, tibíque, amice Lector, jam fortè propemodum laſſo ac nauſeabundo, ad reficiendum ſtomachum, tanquam Attica bellaria, apponenda curavi. Unum interim aut alterum eſt, quod te monitum, imò exoratum velim; Primùm, nè exactum ubique parallelìſmum hìc expectes, nec æqualem ſemper* Homericarum *ſententiarum cum ſacris affinitatem, quaſi omnes perinde ad amuſsim iis quadrarent. Siquidem in tanta copia ac varietate aliter fieri non poteſt, quin aliæ ſe remotiùs habeant, aliæ propiùs accedant ad eas, quibuſcum conferuntur. Nempe diverſi gradus propinquitatis cognationíſque ſunt, ut in hominibus, ſic in ſententiis. Hoc interim ſpondere auſim, nullum hìc Poetæ locum cum aliquo S. Scripturæ textu collatum, qui non, modò penſiculatiùs attendatur, umbram ſaltem aliquam (ſi non volam ac veſtigium) divinæ illius veritatis præ ſe ferat. Deinde verò nec illud, utì ſpero, pium lectorem offendet, quòd in locis comparatis* Jovem, *vel* Deos *in plurali; &* Deum *vel* Dominum ἐκ παραλλήλου *ponam. Erat mihi (fateor) interdum in animo, ex Latina* Homeri *interpretatione* Jovem *ubique expungere, nè cuiquam fortè offendiculo ea vox eſſet, & ejus loco* Jovam *ſubſtituere, quomodo* Jehovam *ubique vertit* Caſtelio. *Verùm mutavi poſteà conſilium, vocem non mutavi, ſed prout erat reliqui: Quod nec temerè nec inconſultò me feciſſe arbitror. Quid enim refert ſi* Jupiter *expellatur è Latino, cùm interim* Ζεὺς *retineatur in Græco? Deinde quidni liceat nobis* Homerum *ad verbum interpretari, modò interim ab ejus mente & ſententiâ, ubi cum pietate pugnat, longè abhorreamus; modò bona illa omnia & præclara vero Deo tribuamus, quæ ille ſuo* Jovi *perperam & falsò adſcribit? Sed nec quenquã opinor hâc appellatione offenſum iri, qui illud ſecum cogitaverit,* Homerũ *ſc. per ſuum* Jovem *(quem &* Δία καὶ Ζῆνα, *quaſi* vitæ *autorẽ, vocat, quia* Δι' αὐτὸν ζῶ *inquit* Plato *in* Cratylo, *ad utrúmque nomen alludens) nihil aliud quàm verum illum & ſupremum Deum intelligere: Quod et priſci Patres uno ore affirmant. Potui id jam multis probare, ſi*

Opus esset: sed loquatur pro cæteris Minut. Felix *in* Octav. Qui Jovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de unâ potestate consentiunt. *Videatur &* August. *de Civit. Dei l. 7. c. 9. & 11. ubi & hos* Valerii Sorani *versus citat ex* Varrone,

> Juppiter omnipotens, regum rex ipse, Deúsque,
> Progenitor, genitríxque Deûm, Deus unus, & omnes.

Unde & illud Arati *de* Jove *hemistichium*, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν-- *quasi de vero Deo dictum interpretatur* Paulus. *Quare nec magnoperè mihi verendum sentio, fortè nè quenquam turbaverit Poetica illa Enallage numeri, sive licentia, ubi sc.* Deos *in plurativo passim apud* Homerum *legerit; præsertim cum meminerit Poetam ex vulgi opinione potiùs quàm ex sua sententia sic loqui: Præthereà etiam, unum supremum Deum ab eo agnosci, reliquos omnes pro Diis minorum Gentium, h. e. semideis seu heroibus haberi; ut ex plurimis ejus locis colligere licet, illo inprimis de Aureâ Catenâ; & altero jam laudato, ubi* Θεὸς αὐτὸς *ponitur* ἐμφατικῶς *&* ἀντονομαστικῶς· *quem & locum contra Ethnicorum* πολυθεΐαν *præter* Justinum Mart. *jam citatum, afferunt etiam* Theodoretus, Cyrillus Alex. *alii, in suis adversus Gentes Dissertationibus; ut & illud* Sophoclis ὁμηρικωτάτου,

> Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν Θεὸς,
> Ὃς οὐρανόν τε τεῦχε, καὶ γαῖαν μακράν.

Certè illud Homericum θεοὶ *pro* θεὸς *adeò non malè habuit nec offendit virum pientissimum* Ph. Melanchthonem, *ut eo haud obstante affirmare non dubitaverit, optimum esse inter omnes* Homericos *versum hunc,*

> Εὔχεσθαι, πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι.

Quin & sicubi Martis *forsan, aut* Minervæ *nomen occurrat, etiam in iis sententiis, quibus loci scripturæ tanquam affines è regione collocantur, nè id quidem, uti spero, scrupulum Lectori injiciet, nec displicebit: quandoquidem per* Martem *aut bellum ipsum duntaxat, aut virtus bellica, per* Minervam *nihil aliud quàm mentis solertia & acumen, aut civilis prudentia allegoricè designatur. Denique quòd in hac nostrâ* Homericarum *sententiarum cum* Gnomologiâ *sacrâ comparatione quosdam ex libris Apocryphis locos huc spectantes adduco, nullus dubito quin & hoc etiam æquus*

interpres

interpres facilè mihi condonaturus sit. Et jam vereor certè, nè prudens & pius Lector nimiùm candori suo me diffidere suspicetur, quòd hæc levia deprecari satagam, & in his minutiis insistam. Dabis verò mihi veniam, Humaniss. Lector, quòd tenuitatis meæ conscius ubique veniam pro laude peto. Et profectò his protheoriis quasi antidotis quibusdam & prophylacticis præmuniendam mihi viam existimavi adversus grassantis præjudicii & livoris venenum. Vellem equidem hoc qualicunque opusculo multos delectare, pluribus prodesse, placere quamplurimis, &, si pote, omnibus; neminem lædere, nec lacessere, nemini tædio nec offendiculo esse. Sed nimirum sic hodiè vivitur, & in ea tempora incidimus, ut abundante cautelâ opus sit, nè aut bono cuiquam offensam des, aut maligno calumniandi ansam præbeas. Utrinque metus, & periculum; sed hinc magis. Nunquam enim satis cauta nec tuta mortalitas est adversus eos homines, si modò homines & non potiùs canes vocandi sint, qui obtrectationis studio abrepti aliorum famam allatrant, & arrodunt industriam, & honesta consilia aliorsum trahunt, & destinata salubriter pravâ interpretatione corrumpunt. Sed alium à te animum, Lector, quisquis es, aliam mentem expeto & expecto, imò spondeo mihi atque voveo. Atque hæc sunt quæ de Parallelismo sacro, aut pro argumenti dignitate ac merito, aut certè pro rei natura ac novitate, præmonitionis loco mihi dicenda videbantur. Quæ reliqua sunt hujus antelogii, absolvam paucis; nec ea sanè subnecterem, nisi ut totius operis textura ac series, & instituti mei ratio meliùs intelligatur. A sinistro itaque latere, & ad marginem Græci textûs ponitur Parallelismus alter, ex Gentium scriptis plerúmque desumptus; qui licet scopo & intentione posterior (nihil enim aliud statueram, nè post secundas quidem cogitationes, quàm Gnomas Homericas *simul collectas cum Scripturæ locis comparare) copiâ tamen & ubertate priorem longè excedit; adeò ubique excurrit, & diffundit se in utrámque ripam, & dilatat fimbrias, ut jam non tam* πάρεργον *quàm* ἔργον *esse videatur: sic qui syllabus solummodò aut etiam libellus primò* cœpit institui, currente *calamo, & gliscente (ut fit) paulatim sub manu materiâ, in hanc, quam cernis, molem & spissitudinem excrevit, & tandem liber evasit. In hoc igitur Commentario (ità enim appellari poterit) occurrunt primò Citationes, h.e. Autorum loci ubi sententiæ* Homericæ αὐτολεξεὶ *et in terminis habentur; quos tamen integros non exscribo, nè eâdem chordâ oberrare, et eosdem versus sæpiùs repetere cogar (quod et*

mihi

mihi molestiam, & Lectori nauseam creâsset) sed lemmata tantùm & libros indico, & digitum ad fontes intendo. Ubi itàque nudum nomen, & locum, non ipsa verba Autoris reperias, (id autem plerúmque fit in initio Commentarii, quanquam ille ordo non ubique servatur) scias ibi citatam ab eo Homeri *sententiam illam, ad quam affertur. Porrò in adducendis Autoribus, qui* Homeri *loca citârunt, Veterum inprimis rationem mihi habendam duxi; unde & Parallelismum hunc Ethnicum vocare licet, quasi ex Gentium scriptis & monumentis haustum, sumptâ denominatione à potiori, seu majori parte, quia sc. Autores hìc laudati Gentiles plerumque sunt, non Christiani; Veteres & Classici, non Recentiores nec Moderni. Quem quidem delectum certo consilio, nec unâ de causâ adhibendum censui. Primùm enim fateor me* φιλάρχαιον *naturâ esse, & quâdam antiquitatis veneratione atque reverentiâ duci; ità ut Veterum sententiæ nescio quomodo plus apud me ponderis & autoritatis obtineant. Deinde ex similibus sententiis, quò quæque antiquiores, eò* Homericis *similiores; siquidem Veteres illi literarum principes & heroes nescio quomodo ad majestatem, & genium, & ingenium divini Poetæ propiùs assurgunt; Contrà verò, quò juniores eo jejuniores, nec genuinum illum Poetices succum, nec nativum (ut ità dicam) colorem referunt, qui in antiquis cernitur. Præstereà eum mihi præcipuè scopum proposui, ut ostenderem, quantum* Homero *& tribuerit & debuerit Antiquitas; & quantum (ut ille ex sacris, ità) Veteres ex illius fontibus haurirent, non solùm Poetæ (quos in circuitu ei famulantes, ejúsque lambentes vomitum pinxit* Galaton *apud* Ælianum*) sed etiam Oratores, Historici, Philosophi, Medici, Politici item, & Jurisconsulti. Denique & cavenda mihi erat nimia prolixitas, nè in immensum res abiret: Nam si in iis Autoribus, qui aliquam* Homeri *sententiam laudant, aut ad eam alludunt, infra Classicos descendissem, et Neotericos etiam advocassem, ubi sistendum? aut quis finis fuisset? Nôrunt enim qui in recentioribus Criticis vel mediocriter sunt versati, quàm solenne et tralatitium iis sit,* Lipsio *puta,* Scaligero, Casaubono, Baudio, *aliis,* Homeri *versus et hemistichia scriptis suis præsertim Epistolaribus passim interserere, et his veluti Emblematis paginas suas acupingere et variegare; Eos igitur rariùs appello, non quòd negligo prorsus aut contemno, sed quia ut major eorum quàm Veterum copia, ità minor autoritas. Proximum locum Parodiis et Allusionibus dedi, quibus mirificè delectati Veteres, etiam Philosophi; ubi sc. aut versus*

aut

aut hemistichia Homerica *cum leviculâ mutatione aliorsum scitè detorquentur in carmine; aut ad ea obliquè & occultè respicitur, sive in carmine, sive in pedestri Oratione. Hìc verò integra Autorum verba plenè &* ἐντελῶς *apposui, tum quia non idem hìc periculum inanis ac molestæ repetitionis; tum quia elegantia parodiæ aut venustas allusionis alioqui nequiquam apparuisset. Sequuntur deinde loci Autorum* Homericis *affines, & sententiæ parallelæ. Atq; hìc ingens se aperuit campus, & vastus Oceanus, ubi difficilius sit exitum quàm introitum invenire. Hìc igitur delectum mihi habendum sensi. Eos itáque flores excerpsi, qui ex hortis* Homericis *potissimùm oriundi, ea tum Græcorum tum Latinorum dicta selegi, quæ stirpem & originem suam optimè referre, eos rivulos qui à fontibus proximè deduci, h. e. maximam cum* Gnomologiâ Homericâ *similitudinem & cognationem habere videbantur. Hìc verò etiam, ut in Citationibus & Parodiis, Ethnicos ut plurimùm & Antiquos, rarenter autem Ecclesiasticos & Neotericos ad partes voco, ídque ob rationes jam modò allatas. Postremò, nè quid hìc desideretur, quod meritò à te, Lector, expectari possit, præter plurimos Gentium ritus ex Antiquitatis penu depromptos, & Aphorismos Ethico-Politicos de proprio hinc indè obiter intertextos, Notas etiam Criticas seu Grammaticas ex* Hesychio, Eustathio, Didymo *(quem vocant) aliísq; Interpretibus Græcis & Glossographis, ad loca & vocabula difficiliora sparsim adjicere visum est. Quod & eo animo & consilio feci, tum ut Commentarius hic noster, (seu potiùs Cinnus, sive Cento quidam* Homericus *dici mereatur) si minùs utilitate suâ prosit, saltem gratâ varietate delectet: tum etiam ut hoc pacto non tantùm provectioribus & adultis consulerem, sed etiam tyronum, novitiorúmque in Græca Lingua usibus & commoditatibus inservirem. Idcircò & nè ad* τὴν διάνοιαν *duntaxat & sententiam, non omninò ad* τὴν λέξιν *nec dictionem respicere videar, aliquem etiam vocum explicationi, atque syntaxi locum tribuendum putavi; adeóque ab amœnioribus Autorum viretis, floridísque Poetarum campis aliquando deflexi, & in Grammaticorum gurgustia me detrudi passus sum. Quin & lubentiùs me hùc adductum fateor suasu & hortatu Cl. nostri* Busbeii, *Scholæ* Westmonasteriensis *Rectoris & Moderatoris dignissimi, sub cujus disciplinâ atque præsidio tamdiu floruit, diúque adhuc, precor, floreat celebre illud bonæ literaturæ Gymnasium,* alma nutrix Westmonasterium, *quæ me olim parvulum in suo sinu fovit, & ex cujus uberibus tenerum lac suxi, primá-*

que Græcarum literarum rudimenta hausi: cui adeò meam quantulamcunque istius Linguæ peritiam, si qua sit, quæ sentio quàm sit exigua, acceptam referre debeo. Liceat verò hìc mihi, alumno ejus indignissimo, hanc ἀντιπελαργίας *meæ testandæ occasionem nacto, affectui meo pariter & officio tantisper litare atque indulgere, dum dulcissimæ Nutricis beneficia in me infantem collata, pio gratóque animo recolam & recognoscam; eíque* θρεπτήρια *hactenùs persolvam, ut palàm hìc & apertè profitear, me honori ejus, & saluti, & prosperitati non tantùm benè vovere & precari, sed & paratissimum esse, me, studiáque mea omnia impendere ac devovere. Tibi igitur,* Μαῖα φίλη —— *imò* ——φίλη τροφὸς Εὐρύκλεια, charissima *juxtà ac* clarissima *Nutrix, hoc pietatis in te meæ pignus offero, tibi hanc opellam consecro, saltem partem hanc ejus Grammaticam, quæ tum aliarum Scholarum alumnis, tum tuo præsertim in gremio lactentibus pueris, utinam profectò profutura sit.*

Quare habe hoc tibi quicquid est libelli;

habe, inquam, tibi hanc, non artem, *ut* Camdenianam *illam,* Scientiarum janitricem, *sed* partem, *ut dixi, Operis* Grammaticam; *quam & tu quidem meritò (* res *enim* initiis suis debentur, *omniáque eò redeunt, unde orta sunt) repetere à me tuo jure possis & vendicare. Condonet mihi, Lector, hanc Apostrophen; aliter enim non potui, nec debui.* Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. *Hæc ferè sunt, quæ in limine hujus libelli præmonere, & quasi propylæi loco præstruere, non incommodum videbatur; tum ut, remoto præjudicii obice, planior & facilior fieret ingressus, & legentium animus promptior & paratior accederet; tum ut de serie, & scopo, & contextu operis apertiùs constaret: præsertim quia sæpenumerò (id quod vulgò dicitur)* Aliud in titulo, aliud in pyxide, *& librorum tituli non semper fidi sunt Interpretes, sed interdum minus, interdum etiam, licet id raro, plus præstant quàm promittunt aut præ se ferunt; & modò latior, modò angustior* frons, *quàm pro reliquo corpore, ut ei* fides vix habenda *sit: idcircò hæc ad Lectorem Prolegomena dare, operæ pretium duxi, ut quæ mens Epigraphes, quæ ratio consilii & instituti mei, & quid potissimùm spectaverim, aut etiam effecerim, pleniùs & meliùs innotesceret. Tantum est, Humanissime Lector, &, si etiam tanti est, lege, fruere, et boni consule.*

ule. Quòd ſiquid hinc tibi aut fructûs, aut voluptatis pervenerit, (et id certè conatus ſum, et pro virili operam dedi, ut miſcerem utile dulci) *hoc ſolum* ἀντίδωρον *à te peto, me uti precibus tuis Deo commendatum habeas, ut à levioribus hiſce ſtudiis (ſi modò levia dicenda ſunt hæc Philologo-Theologica) ad graviora quaſi manuducat, meóſque omnes conatus ità dirigat et ſecundet ſpiritu et conſilio ſuo, ut ſibi honori, Eccleſiæ uſui et emolumento eſſe poſſint.*

Hug. Grotius *in Prolegom. ad* Stobæi *Florilegium.*

QUod autem ſuadet *Baſilius*, idem ego quàm poſſum maximè ſuadeo adoleſcentibus, ut quàm diligentiſſimè eas ſententias, quæ in ſacro codice extant, cum Græcorum ſententiis comparent. Magnam enim inde non utilitatem tantùm, ſed & voluptatem capturos ſpondeo. *Et aliquantò pôſt.* Hinc Hebræis משלי Græcis παροιμίαι inſcribitur liber ille, qui primùm *Solomonis* dicta, ut ab ipſo ſine ullo ordine effuſa ſunt, continet, deinde collectanea ex aliis ejuſdem & aliorum libris, itidem ſine ordine, ἀφοριστικῶς, quomodo apud Græcos ſcripſerunt *Theognis*, & vetus verúſque *Phocylides*. Nam qui nunc ejus nomine extat, liber eſt hominis Chriſtiani, quomodo & ſub *Sibyllarum* & *Hermetis Triſmegiſti* nomine homines Chriſtiani libros ediderunt, ſicut & *Pythagorici* nomina *Orphei* ac *Lini* impoſuerunt libris ſuis. Ad exemplum illud *Solomonis*, & eorum qui ipſum ſecuti ſunt, ſententias partim ſuas, partim aliunde collectas in corpus unum, ſed nullo itidem ordine, redigere cœperat *Jeſus Sirachi* pater, abſolverat autem *Jeſus* alter ejuſdem *Sirachi* filius, quem librum, ut & alterum ſimilem *Eccleſiaſtici* titulo, qui *Philonem* quendam non illum *Caianorum* temporum, ſed antiquiorem habere auctorem creditur, *Alexandrinæ* Synagogæ debemus. Horum igitur librorum ſententias cum Græcis, quæ apud *Stobæum* & alibi exſtant, ſiquis diligenter contulerit, eum, ut dixi, grande pretium operæ facturum puto. Sed & in *Chriſti* dictis plurima ſunt, ex medio vulgi ſermone, aut ex ſapientum præceptis deſumpta, ſed quæ ipſe plerúmque à rebus humanis ad divinas tranſtulit. Hæc quóque dicta cum dictis Græcorum & Romanorum contendere, non inſuave erit.

Mer. Caſaub. *De nuperâ* Homeri *Editione Diſſertat.*

JAM verò phraſes & dicendi genera elegantiſſima tam multa ſunt in *Homero*, quæ ſiquis cum ſacris conferat, vix eſt ut illorum ſententiæ (ut illuſtriſſima & ſapientiſſima dicta, ſenſus & ſententias celeberrimas omittamus:) non accedat, qui partem aliquam *Vet. Teſtam.* notam ipſi lectámque cenſuerunt. In his eſt *Jacobus Cappellus*, vir apprimè doctus, cujus verba non indigna viſa quæ hìc apponerentur. Itā igitur ille: *Qui* Virgilium *cum* Homero *contulerit, non dubitabit* Homerum *à* Virgilio lectum: ſic Homerum *cum ſacris Scriptoribus eo vetuſtioribus cùm confero, vix temperare mihi poſſum quin credam ab* Homero *lectos Scriptores illos ſacros, ſi non integros, ſaltem* ἀπὸ μέρους. Non affirmat ille; nec ego ut quiſquam credat laboro: Sufficit ſi id vincimus, tam multa id

genus

genus apud *Homerum* occurrere, ut si talis comparatio locorum, pari judicio & diligentiâ, instituatur; multum indè fructus & ingenuæ voluptatis ad lectores, tum sacrorum librorum tum Veteris eruditionis, id est *Homeri* studiosos, redire possit. Aggressus est *Cappellus*; & multum præstitit; sic tamen ut multa reliquerit aliis indaganda. * Et fortasse non unius, aut vix unius fuerit hominis (ut sunt ingenia varia, & alia aliis in hoc genere sagaciora:) id opus.

* *Jac. Cappelli* Vindiciæ Cap. XI. Hebraismi *Homerici*. Cap. XII. *Homericarum* elegantiarum origines ad suos fontes, id est, sacros revocatæ.

Ad Virum Cl.

JACOBUM DUPORTUM

de suâ

HOMERI GNOMOLOGIA.

QUi Græcam emeritus perfundis laude Cathedram,
Quemque unum Grantæ *cuperent subducere* Athenæ,
Sive tuo pendens Academia *discit ab ore,*
Sive domi circum Te stat generosa Corona
Solventem nodos, Sophiæque plicatilis artes;
Hæc ignosce tenus non blando comis amico,
Si parcè tantùm memorem, gracilíque Thaliâ
Quæ solus nescire studes, memoratáque nolles.
Nam simul ac Criticum lux imples magna tribunal,
Aut sacrâ ingentem trutinâ expensurus Homerum,
Aut collaturus cum prisci Heroibus ævi,
Quæ Veri ramenta diu latuêre, docemur,
Ærumnis collecta tuis, dispôstáque Marte.
Quot loca senta situ, cæcis quot mersa tenebris
Eruis! ut Veterum commenta, & somnia pellis!
Et lapsus Sciolorum ut certo conficis ictu!

Nunc regnant, nunc ingenito ſplendore refulgent
Autores magni, Latium *quos jactat*, *&* Hellas.
Nempe ubicunque vides divini fruſta Poetæ,
Ad corpus remeare jubes, raróque palato
Mœonio *exceptos diſtinguis fonte canales.*
Dic bone, dic (quoniam datur optio) candide Lector,
Hiſtoria num incerta velis? enarrat: acumen
Num petis? excellit: Cenſorem quæris? habes, cui
Judicii ſatis eſt, naríſque emunctior uſus:
Quòd ſi delicias, ſi vim, ſi verba requiris,
Pontem indignatus pleno devolvitur alveo
Hiſtoricus, Vates, Orator, Geographus, ô me
Defeſſum, ſed vix defunctum parte laboris!
Pe*ctus* Ariſtarchi, *Dictator maxime, cujus*
Ingenio ſine nube patet ſublimis Homerus,
Area magna Ducum, Virtutum grande Theatrum:
Quò rapis attonitos homines? adeò tibi nulla
Lingua peregrina eſt, Ars nulla, Scientia nulla?
De cunis Urbes aliquot rixantur Homeri;
Sed Te quâ Terræ quæſo regione reponam,
Quælibet in Terris regio quem vendicat Unum?
Nam Vatis ſupra laudes, tibi quando videtur,
Anglus es, Auſonius, Chaldæus, Hebræus, & Aſſur,
Perdocti Patriam dimenſus finibus Orbis.
Audit ubique ingens, & conſummata, ſed unum
Hoc voluit debere tibi Patientia Jobi,
Jam ſua quòd mala amare poteſt, & vincula ferre
Cecropio *quæ melle linis. Sapientia Regis*
(Qui genus humanum longè ſuperavit) ad Artem
Se confert veſtram, doctas quò gratior Urbes
Viſat, & in numeros cogat Proverbia Græcos.
Illa Poetarum vinoſa, inhonoráque Turba
Laſcivis procul officiis, nugíſque relictis,
Quàm tibi deproperant elotis carmina labris,
Contendúntque Orâcla loqui Doctore DUPORTO?
Sic tua Pieriis *dum Muſa rigatur ab undis,*
Altior incedit, Chriſtique *oſtendit Alumnis*
Quis locus Aoniis *in Relligione Camœnis.*
Te Duce Caſtalii fontes, & fabula fiſſi
Montis, in Oceanum Vitæ decurrere gaudent:

Te

Te Duce Mæonides *cœli Templa edita pandit,*
Lectoréſque ſuos ſanctis hortatibus urget:
Qualis Ariſtocli *ſi famâ cognitus eſſet ,*
Ore ſuo purum Vatem donâſſet ,& Urbe.

RADULPHUS WIDDRINGTONUS

Academiæ Cantab. Orator publicus,

& Græcæ Linguæ Profeſſor.

Errata

Errata ſic corrige.

PAg. 31. lin. 8. leg. -δικος, 36. penult. ἔνθεν. 37, 13 -θα. 39, 26 -eſt. 42, penult. -ωὐε). 46, 16. βασ- ib. 21. Ἐξ- 51, 14. ſect. 55, ult. pro ⸸ l. 1. pro. 62, 19 μήτε π. 66, 39. -και. 68, 7. obſcurè. Heſych- ib. 8. -θος. 70, 5. παιδαγ- 76, 43. *Juvenal*. 77, 3. -φρτί. 78, 39. poſt Ἀυτὸς δ' add. ἐν. 92, 9. del. τα. 103, 40. poſt *indefeſſus* add. Job 9. 9. *Qui fecit Arcturum, &c.* ib. 42. Ἑρμῆν- 107, 41. εὐλυχ- 108, 23. propar- ib. lib. 3. 8. συχ- ib. 14. περ- 112, 23. -χωώ. 116, 4. eſt. 117, 33. in. 120, 20. -ωτ. ib. 28. πέτρ- 123, 18. Eunomii. 125, 37. Conf- 132, ult. -lam. 136, 27. τέκον. 138, 17. -ετω. 139, 25. ἐπαν- ib. 45. καὶ. 141, 11. pro 18, 19. leg. 17, 18. ib. 24. pro 9. leg. 8. 143, 4. μιγν- ib. 10. εὔφρεσ- 148, 38. Ἐκ. 154, 31. quem. 156, 41. 15. 158, 30. πυκ. 159, 30. es. 178, 8. δ'. ib. 41. del. 2. 179, 24. don- 180, 2. ἀδ- 182, 26. χολωθ- 183, 3. παρονομ- 184, 5. -γ∫ις. ib. 8. ἀέθλως. ib. 14. -râ vid. 188, 14. δὴ. ib. 17. -ſecli. ib. 41. & 47. -χεια. 192. 19. ἔτ- 211, 13. -σιομ- 223, 22. -elaum. 238, 19. Comn- 242, 8. Reges ergo. ib. 10. Aboth. 243, 16. inan- 249, 23. -lum. ib. 34. (Od. γ.) i. e. 255, 3. πεφ- 257, 21. amico. 258, 28. -σιν. ib. 44. χεῖ. 261, 10. A. 262, 4. πίθ- 264, 42. aliqu- 266, 4 rhyth- ib. 14. -ται. ib. 15. -tæ. ib. 17. Coluth- 268, 32. -πωτ- 271, 29. -λαι- ib. 30. Hær- 274, 13. גוויה. 279, 9. Erot- 281, 6. -ſum. 282, 23. -τις. 288, 29. -ſes. ib. 30. -θη. cuſſ- *In Append.* In Auguſtin. *l.* varietatem. in Pareo Phil. *l.* Roſc- in Voſſ. *l.* ſimilioris.

Sphalmata hæc ſequentia, ſuperioribus addenda, ſeriùs omninò quàm oportuit deprehenſa, Lectoris etiam candori permittimus; qui utique orandus eſt, ut ea hoc modo emendare dignetur. Præfat. pag. 1. lin. 16. leg. *Philoſ-* 2, 20. *Schol-* 6, 8. *ſermonis.* 10, 19. -thoni. 14. 21. *prohib-.* Lib. pag. 27. lin. 2. leg. 160. 48, 18. poſt *laudatum* add. quaſi pro ἀρα κλέα fuiſſet Ἡρακλέα. 53, 36. hunc--citat. 116, 12. -liſmum. 125, 2. -icè. 137, 21. *exta.* 156, 3. Parœmiogr. 160, 37. poſt Ἡρακλέως del. quæ ſequuntur uſque ad, Hinc. 180, 28. ut. 189, 6. ſuo. 195, 36. qui. 197, 8. brutis. 202, 2. inton- 229, 16. -πός. 231, 28. -μεθοι. 250, 27. Βεβλ- 257, 2. αναφ- 258, 2. poſt fortè add. &. 260, 9. *Hortal-* 262, 37. *om.* 265, 5. fateamur. 267, 12. *ſomnum.* 272, 6. ſignif- 275, 12. iidem. 279, 38. *Phemii.* Ind. vocab. poſt Ἀλλοτρέος- add. Ἀλύειν. Od. σ. 16. poſt Ἔκτα add. Ἐλάαν. Il. θ. 10.

HOMERI GNOMOLOGIA, CUM COMMENTARIO.

GNOMOLOGIA

’ΙΛ. Α'.

1 [a] Ηνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί’ Ἀχαιοῖς ἄλγε’ ἔθηκε,
Πολλὰς δ’ ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.
2 ——— [b] Διὸς δ’ ἐτελείετο βουλή.
3 ——— [c] Ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν (ὀλέκοντο δὲ λαοί)
Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ’ ἀρητῆρα.
4 ——— [d] Καὶ γάρ τ’ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι.

[a] MH in numeris significant 48, quot sc. libri sunt *Iliados* simul & *Odysseæ:* quanquam partitio hæc non ab *Homero* ipso, sed diu pòst ab *Aristarcho* facta. Hinc putida illa & ridicula *Apionis* περιεργία, de qua non sine indignatione *Seneca*; (Epist. 88.) *Apion Grammaticus aiebat Homerum, consummatâ & Odysseâ & Iliade, principium adjecisse operi suo, & duas literas in primo versu posuisse ex industria, librorum suorum numerum continentes.* Liroe, liroe. Primum hoc hemistichium, adeóque initium totius operis ab *Orpheo* mutuatus est *Homerus*, cujus ille adeò æmulus, ejúsq; poesin οὕτως ζηλῶσαι προὔθετο, ὡς καὶ διὰ τοῦ πρώτου τῆς ποιήσεως ἔπους τὴν πρὸς αὐτὴν συμπάθειαν φῆσαι· τοῦ γὰρ Ὀρφέως, Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου, ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως εἰρηκότος, αὐτὸς Μῆνιν ἄ. θ. Π. Ἀ. γέγραφεν. *Just. Mart. Parænet.* Porrò *Protagoras Sophista* (apud *Aristot. Poet.* c. 19.) *Homerum* reprehendit, quia non precetur hoc loco; sed imperet, loquens sc. in Imperativo Μῆνιν ἄειδε θεά. Ineptè admodum (notante *Vossio* De *Instit. Poet.* l. 3. c. 4.) cùm *modi Grammatici à pracipuo usu denominentur :* & sic Imperativus, *non quia eo semper imperemus, sed quia eo sæpius sic utamur.* Citat autem hunc locum de ira *Themistius*, Orat. 5. Et succinit *Euripides* in *Med.* Θυμὸς --- ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς· & alibi, Πολλοὺς δ’ ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν. Nec abludit *Horatius*; *Ira quæ procudit enses, Et miseras inimicat urbes.* Adi his insuper *Ciceronem*, lib. 4. *De Fin.* & *Senecam* LL. *De Ira:* qui abundè docent quàm perniciosa res ira sit, & μήνις quàm οὐλομένη. Μῆνιν porrò hanc *Achillis* οὐλομένην pro argumento *Iliadis* ponit idem *Flaccus*; quam & sic περιφράζει, *Gravem Pelidæ stomachum cedere nescii*, Carm. l. 1. Od. 6. & lib. 2. Epist. 2. *Doceri, Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles*, id est, Doceri Iliadem Homericam. Πολλὰς δ’ ἰφθίμους, &c.] Nequiter admodum hoc carmen detorquet *Agathias* (*Anthol. Gr.* Epigr. l. 2.) in medicum imperitum, qui clientibus suis subinde auxit *Plutonis* familiam, & vilem mortuorum annonam fecit, *Et multas fortes animas demisit ad Orcum, Quot Themison agros --.* Contrà verò, *Hippocrates* arte ac peritiâ suâ effecit, ut apud Inferos esset umbrarum penuria, Καὶ νεκύων κενὰ πάντα εἶν ἀΐδεω. ¶ Μῆνις à μένω, quasi *ira permanens*; vel à μαίνομαι (præt. med. μέμηνα) quia *Ira furor* -- Ὀλιγοχρόνιος γὰρ μανία ἡ ὀργή. ¶ Ἴφθιμος vel est derivativum ab ἶφι pro ἴφιμος per Epenthesin, vel compositum ex ἶφι & θυμὸς pro ἰφίθυμος per Syncopen & Tropen.

[b] *Quicquid superi voluêre peractum est.* Ovid. *Metam.* 8. & *Plut. De Stoic. Contrar.* & Libro Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. (ubi Διὸς βουλὴν interpretatur τὴν εἱμαρμένην) *Themist.* Orat. 16. *Apollon. Arg.* 2. Τὰ δὲ πάντα Διὸς βουλῇσι τέτυκτο. *Fatum vocabant antiquissimi consilium Jovis, quo regerentur omnia. Itaque apud Homerum cùm legerent* Διὸς δ’ ἐτελείετο βουλή, *fatum intelligebant. Muret.* ad *Senecam De Providentia.* Vide & *Lipsium*, *Physiol. Stoic.* lib. 1. Dissert. 12. Hoc *Homeri* hemistichium, ut & alia plurima, in farraginem suam transtulit Autor (si unus saltem, & non plures Autores fuerint) *Sibyllin. Carm.* l. 1. Θεοῦ ἐτελείετο βουλή. Nec satis mirari possum ἀκρισίαν *Gul. Canteri*, qui (*Nov. Lect.* l. 5. c. 17.) *Homerum* ait *multis in locis*

HOMERICA.

IL. I.



1 Iram cane Dea Pelidæ Achillis
[a] *Funestam, quæ infinitos Achivis dolores inflixit,*
Et multas fortes animas demisit ad Orcum.
2 —— [b] *Jovis perficiebatur consilium.*
3 —— [c] *Hic enim*, Deus *scil.* *regi iratus*
Morbum in exercitum misit malum (peribant autem populi)
Quoniam Chrysen in-honore-non-habuit sacerdotem.
4 —— [d] *Etenim somnium à Jove est.*

[a] *Prov.* 27. 4. Crudelis est ira, & impetuosa iracundia.
[b] *Psal.* 33. 11. Consilium Domini in æternum manet. *Prov.* 19. 21. Consilium Domini firmum est.

[c] 2 *Sam.* 24. 15. Misit Dominus pestem in Israelem. & *v.* 17. Dixítque David, Ego peccavi; Oves istæ quid fecerunt? *Deut.* 17. 12. Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ----morietur. *Hos.* 4. 4. Populares tui similes sunt contendentibus cum sacerdote. [d] *Num.* 12. 6. Per somnium loquar ei. *Matth.* 2. 12. Et in somnio à Deo moniti.

---

cis *Sibyllam esse imitatum*, *ejúsque Hemistichia multa poesi suæ inseruisse*. Quasi verò carmina illa seu oracula (quæ vocant) *Sibyllina* essent opus genuinum, veráque ipsius *Sibyllæ* folia, à *Sibylla* viz. unâ aut pluribus ante *Homerum* conscripta, & non potiùs spuria & pseudepigrapha, & longè post *Homeri* tempora, imò aliquot post *Christum* seculis à bonis quibusdam viris piâ forsan fraude consuta & consarcinata. Vide inter alios *Opsopæum* in *Orac. Sibyll. Casaubonum*, Exercit. 1. in *Baron.* num. 19. *Vossium*, *De Poetis Græcis*, in initio.

[c] Princeps peccat, populus punitur. Subditi non raró luunt Regum suorum delicta: juxta illud *Horatii*, Epist. 11. quod ex hoc loco desumptum in proverbium abiit; *Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.* & *Hesiod.* Ἔργ. καὶ ἡμ. ά. Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ· ἄρχοντος præsertim aut βασιλέως. Et certè Πικροτάτη τιμωρεία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ τιμωρεία τοῦ λαοῦ. Autor *Quæst. ad Orthod.* inter opera *Justini Mart.* Qu. 138. Hujus autem pœnæ vicariæ, à Rege scilicet in subditos translatæ, illustre exemplum nobis tradit sacra Historia in *Davide*. Porrò hic locus sic πεπαρῴδηται à *Timone Phliasio* apud *Clem. Alex.* & *Eusebium*. ---Ὃ γὰρ σιγῶσι χολωθεὶς Νοῦσον ἐπ' ἀνέρας ὦρσε λάλλων, ὀλέκοντο δὲ πολλοί. ---Ἠτίμησ' ἀρητῆρα] Quod olim pro piaculo: utinam & hodie! Nimirum, οἱ ἀρητῆρες, hoc est, ἱερεῖς, sacerdotes (audite vos, *Christiani*) summo in honore etiam apud Ethnicos erant. Ex infinitis Autorum locis unum duntaxat adducam. *Artemid. Onirocrit.* l. 3. c. 13. Θεὸς εἴ τις ὑπολάβοι γενέσθαι, ἱερεὺς ἂν γένοιτο ἢ μάντις· τῆς γὰρ αὐτῆς τοῖς θεοῖς καὶ οὗτοι τυγχάνουσι τιμῆς. Revereri adeò & honorare sacerdotem (Αἰδεῖσθαι ἱερῆα) Gentes etiam ipsa natura docuit.

[d] Somnia saltem nonnulla esse θεόπεμπτα credebant Veteres. Vide *Hippocratem*, De insomniis; *Aristotelem* De Divin. per somn. *Synesium*, De insomn. *Artemidorum* Onirocrit. *Ciceronem* LL. De Divin. *Macrobium* De Somnio *Scipionis* lib. 1. *Philonem* lib. *De insomn.* cui & titulus, Θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους. *Aristoteles* quidem libro citato negat, Θεόπεμπτα εἶναι τὰ ἐνύπνια, *somnia à Deo esse*; quia 1. καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀνειρώττειν τινά. 2. τὸ μὴ τοῖς βελτίστοις καὶ φρονιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς τυ-

χῦσι πέμπειν, ἄτοπον. 3. πάνυ ἀσυνεῖς ἄνθρωποι προορατικοί εἰσι καὶ ὀνειρώττουσι, ὡς οὐ Θεοῦ πέμποντος. Quæ argumenta utcunque forsan contra gentium vanitatem & superstitiosam illam Veterum ὀνειρομαντείαν, & ὀνειροκριτικὴν (quam & *Cicero* ipse, loco jam laudato, aliique sapientiores Ethnici deridebant) satis valida sint: at certè nulla omnino somnia esse θεόπεμπτα, nec à Deo immitti, universaliter non concludunt. Quin & ecce! *major Aristotele est hic*; viz. Spiritus S. qui passim in Scriptura testatur, Deum hominibus, nec piis tantùm, sed

e Ἀρετὴ μάντεως εὐδοκίμου εἰδέναι τὰ κατὰ τὴν χρονικὴν τριμερείαν· *Eustath.* Imò prærogativa solius Dei; cui uni reverà convenit, quod Hyperbolicè hic & Poeticè *Calchanti* vati tribuitur: viz. εἰδέναι τὰ ἐσσόμενα, sive τὰ μέλλοντα. Nam alioqui, præter τὸν πανεπιστήμονα καὶ πανεπίσκοπον Θεὸν, Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε; *Anacr.* Imò Τὸ μέλλον ἀόρατον· *Isocr.* Τὸ μέλλον ἄδηλον πᾶσιν ἀνθρώποις· *Demosth.* Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί· *Pind.* Ergò, *Quid sit futurum cras, fuge quærere:* nam *Prudens futuri temporis exitum Caliginosâ nocte premit Deus. Horat.* Ex hac autem temporis τριμερείᾳ, seu τριχοτομίᾳ (quòd sciret præsentia, præterita, & futura, τά τ' ἐόντα, &c.) Tripodem *Apollini* sacrum fuisse vult *Suidas*. Τρίποδι χρῆται ὁ Ἀπόλλων, μαντευόμενος διὰ τοὺς τρεῖς καιροὺς τῶν πραγμάτων. Ὅμηρος· Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, &c. Porrò à triplici hac temporis differentia tres etiam *Parcas* finxerunt Poetæ. Autor libri *De mundo*; (nec enim *Aristoteles*) Τρεῖς μὲν γὰρ αἱ μοῖραι κατὰ τοὺς (vel, ut mallit *Bonaventura Vulcanius*, τρεῖς) χρόνους μεμερισμέναι. νῆμα δὲ ἀτράκτου τὸ μὲν ἐξειργασμένον, τὸ δὲ μέλλον, τὸ δὲ περιστρεφόμενον. Vide ibi *Apuleium*. Citant verò hunc *Homeri* versum, *Plutarchus* lib. *De EI in Delph. Lucianus*, *De Saltat. Origenes*, contra *Celsum* lib. 4. & *Synesius De Insomniis*. Et imitatur, vel potiùs interpretatur, *Virgilius*, Georg. 4. *Novit namque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Orpheus*, seu potiùs *Onomacritus*, Hymn. *De Proteo*; —τά τ' ἐόντα, Ὅσσα τε πρόσθεν ἔην, ὅσα τ' ἔσσεται ὕστερον αὖθις. *Empedocles*; (apud *Clem. Alex.* Strom. 6. *Diog. Laertium*, *Stobæum*, Autorem libri *De Mundo*, qui *Aristoteli* adscribitur) Πάνθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔστι, καὶ ὅσσα τε ἔσται ὀπίσσω. Autor *Carminum Sibyllinorum* (nec enim *Sibylla*) lib. 1. Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα τ' ἐστὶν, ὁππόσα τε μέλλει.

5 e Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

6 f Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ·

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,

Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ,

Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι. ———

7 g Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας.

Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι·

Ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας.

8 h Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

f Πρῶτόν ἐστιν ὧδε γνωμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ· *Eustathius* ad locum: *Prima hæc est apud Homerum sententia moralis*; ἤγουν γνωμάτευμα καθολικὸν περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος. Quinque enim priores, ut & aliæ complures, quas infrà adducimus, non sunt γνῶμαι κυρίως sic dictæ, nec primariâ intentione γνωμικῶς à Poeta prolatæ, sed πλαγίως tantùm, & παρεμφαινομένως, & per accommodationem quandam sententiarum loco haberi & usurpari possunt. Quod semel hìc monuisse sufficiat. Βασιλεὺς δὲ κρείσσων, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ, τὴν ὀργὴν κρατῶν· *Philostr.* in *Vit. Soph.* in *Phavorino*. Καὶ πως ὀλίγ' ἀρχόμενοι πολλὰ κρατοῦντες χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν. *Euripides* in *Medea*: citante hìc *Eustathio*. *Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia*; Publius Syr. Νεῖκος δὲ κρεισσόνων ἀσυμφορὸν ἄπορον· *Pind.* Ol. 9. Ubi *Scholiastes*; Παραφράζει τὸ Ὁμηρικὸν, Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, &c. Ἀλλά γε καὶ, &c.] *Arist.* Rhet. l. 2. c. 2. *Laert.* lib. 7. in *Zenone*. Πέψαι τὴν ὀργὴν χρόνου δεῖ· *Arist.* Eth. l. 4. c. 5. *Manet*

alta

& impiis, se revelâsse per somnia. Cæterùm citat hoc hemistichium *Plinius*, Epistol. lib. 1. & *Cicero* hisce verbis, *Qui etiam somnia putet ad nos mitti ab Jove*. De Nat. Deor. lib. 3. *Respexit ad hoc Homeri hemistichium*, inquit F. *Ursinus* in *Notis* in eum locum. Τέτῳ γὰ μόνῳ τῷ ζώῳ (ἀνθρώπῳ scilicet) ὁ Θεὸς ὁμιλεῖ νυκτὸς μὲν δι' ὀνείρων, &c. *Merc. Trism. Pœmand.* Consule & Cl. *Petri Molinæi* τὸ μακαρίτε *Vatem*, l. 3. c. 28. ubi & (de *Oniromantia* agens) ex tripode *Homerico* hoc oraculum fundit, Καὶ γάρ τ' ὄναρ ---.

5 *Qui novit & præsentia, &* [e] *futura, & præterita.*
6 *Potentior enim rex, quando irascitur viro inferiori:*
Quamvis enim & iram vel eodem die concoxerit,
Veruntamen posteà habet iram repositam, donec perfecerit id quod
In pectore suo.——— (minatus est,
7 [f] *Vates malorum, nunquam mihi bonum dixisti.*
Semper tibi animitùs allubescit mala vaticinari;
Bonum autem nondùm aliquod dixisti verbum, neque perfecisti.
8 [g] *Mallem ego populum salvum esse potiùs, quàm perire.*

[e] *Esai.* 41. 23. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum; & sciemus, quia Dii estis vos.

[f] 1 *Reg.* 22. 8. Odi eum; quia nunquam prophetat mihi bonum, sed duntaxat malum.

[g] *Ezech.* 33. 11. Nolo mortem impii; sed, ut convertatur, & vivat. 2 *Pet.* 3. 9. Non vult ullos perire; sed omnes venire ad pœnitentiam, (adeóque salvos esse, 1 *Tim.* 2. 4.).

---

altâ mente repostum; Virg. *Æn.* 1. (κότος, ira reposita, quasi in mente κεῖται). *Sensu dolor hæret in alto Abditus, & tacitus vindictæ præstitit iras*: *Claudian.* in *Rufin.* lib. 2. Et nescio an non hùc respexerit *Nicetas Choniates* (Autor & alioquin Ὁμηρικώτατος) in *Joann. Comneno.* Οὐδέν τι παλίγκοτον ὑπέτυφεν ἐν τῇ ψυχῇ, ὁποῖα οἱ ἐν ἀρχαῖς φιλοῦσιν τεχνάζειν, τὸν χόλον ἐνθάπτοντες, καὶ ἐναύοντες εἰς τὴν κατὰ καιρὸν φρυκτώρησιν, καὶ κατάπρησιν. Id. in *Man. Comneno*, lib. 2. Ἐι καὶ τὸν χόλον αὐτῆμαρ κατέπεψεν· ἀλλ', ὡς ἐν ἀποθήκῃ ἔναυσμα, τὸν κότον ἐνέθαλπε τῇ ψυχῇ. Apertum porrò hìc habetur discrimen inter χόλος & κότος. Χόλον μὲν γὰρ ἔχει τις αὐτῆμαρ· κότον δὲ μετόπισθεν. *Nemes.* cap. 21. *De Nat. Hom.* Ἔιδη δὲ τῦ θυμῦ τρία· ὀργὴ (ἣ καὶ χολὴ καὶ χόλος καλεῖται) μῆνις, καὶ κότος. θυμὸς μὲν γὰρ, ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχων, ὀργὴ καὶ χολὴ καὶ χόλος λέγεται· μῆνις δὲ χολὴ εἰς παλαίωσιν ἀγομένη, παρὰ τὸ μένειν· κότος δὲ ὀργὴ ἐπιτηρῦσα καιρὸν εἰς τιμωρίαν παρὰ τὸ κεῖσθαι.

[g] *Veritas odium parit.* ¶ Κρήγυον (ἅπαξ λεγόμενον) ἀγαθὸν, ὠφέλιμον, ὑγιές· *Hesych.* Ὁιονεὶ κηρήγυον, (δ. εἰς γ.) ὅ ἐστιν ἡγμένον τὸ κῆρ· *Eustath.*

[h] Vox boni Imperatoris & patris patriæ. *Salus populi suprema lex*, & cura principum. Veterum nescio quis ad divinam φιλανθρωπίαν accommodavit. Sed, quia frigidum & leve videtur, ut Rex nudè optet salutem populi, sunt, qui hìc particulam ἢ non συγκριτικῶς, seu *comparativè*, pro μᾶλλον ἢ sumunt; sed παραδιαζευκτικῶς, seu *disjunctivè*, pro ἢ καὶ, *aut etiam*, ἢ καὶ ἀπολέσθαι, αὐτὸς scilicet: quasi dicat, " Volo aut salvum esse populum, aut etiam perire " ipse, pro eorum scilicet salute. Atque sic *Christo* apprimè quadrabit hæc vox, Βέλομ' ἐγὼ λαὸν, &c. " Volo ego salvos esse homi- " nes; aut ipse pro iis moriar. Μᾶλλον aliquando παρέλκει· ut, Μακαριώτερόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν· Πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον· aliquando ἐλλείπει, ut hìc, ἢ pro μᾶλλον ἢ, aut βύλομαι pro μᾶλλον β. Nec enim habent *Græci*, cum omni sua copia, quo exprimant *Latinorum* MALLE: dicunt igitur αἱρῦμαι aut βύλομαι μᾶλλον, &c.

9 [i] Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, Θεός πε σοὶ τό γ' ἔδωκε.
10 [k] Ὅς κε Θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.
11 [l] Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.
12 [m] Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
13 [n] Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες.
14 [o] Ἀλλὰ πίθεσθ', ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο.
15 ——— [p] Οὔ ποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκε.
16 [q] Εἰ δέ μιν αἰχμητὴν ἔθεσαν Θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι;
17 [r] Χαίρετε κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.
18 ——— [s] Τὰ χερείονα νικᾷ.
19 Ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.

[i] Καταβλητικὸν ὀφρύος μεγαλαύχου. (*Eustath.*) εἰ γὰρ οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἀλαζονεύεσθαι χρὴ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς μὴ ἐφ' ἡμῖν. Imò, *de nullo gloriandum; quia nihil nostrum:* nam *Omne bonum Dei donum.*

[k] Piissima sententia: si pro Θεοῖς legatur Θεῷ, & pro ἔκλυον, ἔκλυεν in singulari. Ἥγουν Θεὸς ἀκουσθεὶς ἀντακούει ἐπιπλέον· *Eustath.* Vide *Clementem Alexandrinum, Strom.* 5. in initio: ubi, pro αὐτοῦ, legitur αὐτοί. Citat etiam *Eunapius* in *Maximo*. Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος Θεός. Incert. apud *Grot.* Excerpt. Οἱ Θεοὶ εὐνούστεροί εἰσι τοῖς μᾶλλον αὐτοὺς τιμῶσι· *Aristot.* Rhet. ad *Alexandrum*. Et quia piorum preces tam ipsis, quàm aliis prosunt: prudenter *Sidonius Apollinarius* (lib.8.epist.10.) ad amicum quendam doctum & pium; *Sanè, cùm tibi sermone pulchro vita sit pulchrior, plus mihi indulges, si mei causâ orare potiùs velis, quàm perorare.* Ex hoc porrò *Homeri* versu *Plutarchus* (in *Homeri vita*) sumptum existimat vetus illud præceptum *Pythagoricum* tam celebre apud Antiquos; Θεῷ ἕπου, *Deum sequere. Sen.* De Vita beata. *Vetus præceptum, Deum sequere.* Meminit etiam *Cicero*, lib.4. *De Fin. Arrianus* in *Epict.*l.1.c.20. *Boetius* lib.1. *De Consol. Plutarchus, De audit. Clem Alexandrinus, Strom.* 2. *Philo, De Migrat.* qui & *Mosi* adscribit.

[l] *Timon*, ὁ Σιλλογράφος, hunc versum sic παρῳδεῖ· Δειπνομανὲς, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἀκύλιστον. *Athenæus*, lib. 4. *Dipnos.* Citat & *Plato, De Repub.* lib. 3. & *Plutarch.* Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. & *Longinus* Περὶ ὕψους. Hinc ἐλάφειος ἀνὴρ, *Cervinus vir*, pro timido apud *Zenobium*, aliósque Paræmiographos *Græcos. Horat.* de *Paride*, Carm. lib.1. *Quem tu cervus uti*, &c. ubi hunc *Homeri* versum affert *Lambinus*.

[m] *Nestoris* scil. qui & λιγὺς Πυλίων ἀγορητής. *Ex cujus lingua melle dulcior fluebat oratio:* uti in libro *De Senectute* hunc locum vertit *Cicero*, & ipse *Romanæ* eloquentiæ parens & fons. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης, &c. Οὐ μεῖζον ἐγκώμιον οὐκ ἂν γένοιτο ῥήτορος· *Plut.* in *Vita Homeri*. Elegans periphrasis hominis facundi ac diserti, qualis *Latinis mellifluus* dicitur, & *Nerio*, apud *Agellium, Dulciori-loquus*. Sic ἀοιδὰς μελιφθόγγους· *Pind.* Isthm. 2. Μελιγλώσσους ἐπαοιδάς· *Æsch.* in *Prom.* Μελίγλωσσα ἔπεα· *Aristoph.* in *Avib.* Μελιγάρυας ὕμνους· *Pind.* Ol. 11. Παρθενικαὶ μελιγάρυες· *Alcman.* Et denique *Sirenum* μελίγηρυν ὄπα dixit *Poeta*, *Odyss.* μ'. Sic & *Ælianus*, ob facundiam, μελίγλωσσος & μελίφθογγος dictus, teste *Suidâ*. Sic ob mellifluum sermonem *Sophocles* dictus μέλιττα Ἀττική, & *Pericles* κέντρον ἐγκαταλείπειν auditorum animis (nam apis & mel habet & aculeum.) Sic & Πλάτωνος δὲ μέλιτται εἰς τὸ στόμα κηρίον ἐργάζονται· Καὶ Πινδάρῳ μέλιτται τροφοὶ ἐγίνοντο, ὑπὲρ τοῦ γάλακτος παρατιθεῖσαι μέλι. *Ælian. Var. hist.* lib. 12. cap. 45. *Lucian.* in *Imag.* Καὶ τὸ γλυκίον ἀπὸ γλώττης περὶ αὐτοῦ μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου ὁ Ὅμηρος ἂν εἰρήκει. *Hesiod.* Γλυκερὴ οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή. Μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ ἐπὶ τοῦ λόγου (τοῦ θείου scil.) λελέχθαι μοι δοκεῖ, ὅς ἐστι μέλι· *Clemens Alex.* lib. 1. cap. 6. *Pædag.* Ὡς γλυκερὸν τὸ γλῶσσ' ὤρπε Ἀττικὸς μέλι, inquit *Scytha* (licèt alio sensu) βαρβαρίζων apud *Aristophanem* in *Thesmoph. Moschus* de *Cupidine*; Ὡς μέλι φωνά· *Theocritus, Idyll.* 1. Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα. Idem, *Idyll.* 8. Κρέσσον μελπομένω

9 [h] *Si valde fortis es, Deus utique tibi hoc dedit.*
10 [i] *Qui Diis obtemperaverit, valde exaudiunt ipsum.*
11 *Meri-bibule, canis oculos habens, cor verò cervi.*
12 [k] *Illius etiam à lingua melle dulcior fluebat oratio.*
13 [l] Certè *lætabitur Priamus, Priamique filii.*
14 [m] *Sed morem-mihi-gerite; ambo autem juniores estis me.*
15 -- [n] *Haudquaquam similem* (sed superiorem omnibus) *sortitus* *Sceptriger rex, cui & Jupiter prærogativam dedit.* (*est honorem*
16 *Quòd si ipsum bellatorem fecerunt Dii immortales,* *Ideóne ei proponunt* (& *permittunt*) *probra jactare?*
17 *Salvete precones, Jovis nuntii, & hominum.*
18 ——————— [o] *Deteriora vincunt.*
19 —— [p] *Difficilis enim cælestis*, (Jupiter) *cui-resistatur.*

[h] *Jerem.* 9. 23. Nè glorietur fortis in fortitudine sua: *nam* (1 *Cor.* 4. 7) Quid habes, quod non accepisti? [i] *Prov.* 15. 29. Orationes justorum exaudiet Dominus. *Joan.* 9. 31. Si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. [k] *Psal.* 119. 103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. [l] *Psal.* 89. 42 Lætificâsti omnes inimicos ejus. 2 *Sam.* 1. 20. Nolite annuntiare in Gath-, nè fortè lætentur, &c. [m] 1 *Pet.* 5. 5. Juniores subjecti estote senioribus. [n] 1 *Pet.* 2. 13. Regi, ut supereminenti. [o] *Jerem.* 12. 1. Cur via improborum succedit? *Habac.* 1. 13. Cùm impius justiorem se devorat. [p] *Rom.* 9. 19. Voluntati ejus quis resistit? 1 *Cor.* 10. 22. Nunquid fortiores illo sumus?

τὸ ἀκηκόαμεν ἢ μέλι λείχειν. Ità & *Latini*; Horatius *Poetica mella*, & Tertullianus *Mella facundiæ*, & Petronius Arbiter *Mellitos verborum globulos* dixêre. Sed ἅλις μέλιτος ὥσπερ δρυός. Καὶ γὰρ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

[n] Ὃ οἱ ἐχθροὶ βούλονται, ἢ ἐφ' ᾧ χαίρουσι, τοὐναντίον τούτῳ ὠφέλιμον φαίνεται· διὸ εὖ εἴρηται, Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος. *Arist. Rhet.* lib. 1. cap 6. *Virg.* Æn. 2 *Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.* Theogn. Οἴμοι ἐγὼ δειλὸς, καὶ δὴ κατάχαρμα μὲν ἐχθροῖς. *Demosth.* π'. παραπρεσβ. Φησὶ δέ γε ἡ μαντεία ἀεὶ δεῖν ὅπως μὴ χαίρωσιν οἱ ἐχθροὶ ποιεῖν. Inimici enim sunt ἐπιχαιρέκακοι, & malis nostris lætantur.

[o] Verba *Nestoris* ad *Agamemnonem* & *Achillem*: quibus usus *M. Favonius* ad *Brutum* & *Cassium*, apud *Plutarchum* in *Vita Bruti*. Atque hùc spectat illud *Augusti Cæsaris* Apophthegma: qui, nobiles quosdam juvenes tumultuantes compescere volens, (uti hìc *Nestor* - *componere lites Inter Peliden festinat & inter Atriden*) Ἀκούσατε, εἶπεν, νέοι γέροντος, οὗ νέου γέροντες ἤκουον. *Plutarch.* in *Apophthegm.* Ætas autoritatem dicenti conciliat. Hinc *Senatus*, γερουσία· quasi ex senibus constans. Et noster itaque *Nestor* ὁ περιγέρων de se & senectute sua passim περιαυτολογεῖ, & annos & ætatem ubique deprædicat: utì hìc ad *Agamemnonem* & *Achillem*, ità & alibi ad *Diomeden*; --Ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσὶ, ἐμὸς δέ κε καὶ παῖς εἴης. & iterum, Ἐγὼν, ὃς σεῖο γεραίτερος εὔχομαι εἶναι. *Il.* α'.

[p] Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα βασιλεὺς, &c. *Agap.* Paræn. ad *Justin.* cap. 1. *Rex solo Deo minor*; Tertullian. Δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον τοῦ βασιλῆος καὶ χεὶρ ὑπερμήκης· *Herodot.* lib. 8.

[q] *Eustath.* Εἰ δ' ἀνδρεῖός ἐστι, διὰ τοῦτο αἱ ὕβρεις αὐτῷ τοῦ λέγειν προτρέχουσι; *An, quia fortis est, ideo maledicta sermonem ejus præcurrunt?* At quid hoc est, *maledicta sermonem præcurrere?* Deinde, non dicit *Homerus*, Τὰ ὀνείδεα προθέουσι τοῦ μυθήσασθαι· sed, Προθέουσι οἱ Θεοὶ μυθήσασθαι τὰ ὀνείδεα. Ponitur autem προθέουσι pro προτιθεῖσι· nam τίθημι à τιθέω, hoc à θέω. Vide *Gulielmum Canterum*, *Nov. Lect.* lib. 1. cap. 3. (ubi fusè de hoc loco agit) & *Henricum Stephanum* in *Appendice ad Atticorum Dialectum*. Hæc de Syntaxi. Sententiam ipsam quod spectat; optimè retorqueri potest κατὰ τὸ βίαιον. Quid? an quia

αὐχμητὴς est, ideo fas ei erit ὀνείδεα μυθήσασθαι; potiùs contrà, duces & milites & viros fortes minimè omnium decet esse maledicos; utpote quorum vis & virtus in manibus, non in lingua sita est. Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, &c.

r Ἄξιοι καὶ Θεῶν. ἄσυλον γὰρ καὶ θεῖον τὸ γένος τῶν κηρύκων. *Scholiastes* in locum. Κήρυκες *Homero* non tantùm *praecones*, sed etiam *feciales*, *caduceatores*, *legati*. Legati autem jure gentium Sacro-sancti & inviolabiles. Unde & πρέσβεις dicti, quasi *Venerandi*. *Legatus sanctum populis per secula nomen:* Stat. Papin. Porrò κήρυκες etiam *Graecis* dicuntur *buccina* seu *murices*, genus quoddam ostrei seu conchae marinae. Unde *Charmus Syracusanus*, qui paroemias & στιχίδια de quovis ferculo in promptu habebat, de buccinis hoc usurpabat; Χαίρετε κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι. *Athen.* lib. 1.

s Simile Proverbium apud *Harpocrationem* & *Suidam*. Τὰ τῶν φωρῶν κρείττω· *Furum potior est conditio*. Ità enim legendum, non φόρων, pri-

Ἰλ. β'.

1 a Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.
2 b Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων.
3 c Εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε,
Ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον·
Νῦν δ' ἴδεν, ὃς μέγ' ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.
4 d Οὕτω που Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι,
Ὃς δὴ πολλάων πόλεων κατέλυσε κάρηνα,
Ἠδ' ἔτι καὶ λύσει· τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ μέγιστον.
5 e Αἰσχρὸν γὰρ τόδε γ' ἐστὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι
Μὰψ οὕτω τοιόνδε τοσόνδε τε λαὸν —
Ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.
6 f Δαιμόνι', οὔ σε ἔοικε, κακὸν ὥς, δειδίσσεσθαι.
7 g Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος,
Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι· φιλεῖ δέ ἑ μητίετα Ζεύς.

a Citat *Maximus Tyrius*, Dissert. 5. Et imitatur *Theocritus*, Idyll. 8. Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παισὶ νέμοντα. Ubi *Scholiastes*; Τοῦτο δὲ ἐξ Ὁμήρου ἔχει, φησὶ γὰρ Ἰλ. ζ'. Οὐ χρὴ παννύχιον, &c. *Arrianus* in *Epict.* lib. 3. cap. 22. Διογένης Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστάντι αὐτῷ κοιμωμένῳ, καὶ εἰπόντι Οὐ χρὴ παννύχιον, &c. ἄϋπνος ἐπὶ τῶν ἀπόντων, Ὧι λαοί τ', &c. *Omnium somnos illius vigilantia defendit.* Senec. *De Clem.* Περιαγρυπνῶν δὲ ὑμῶν οἶδα ὡς καθεύδειν ἔχοιτε ὑμεῖς. *Alexander* ad suos, apud *Arrian.* l. 7. Et *Epaminondas*, apud *Plutarchum*, dixit se νήφειν καὶ ἀγρυπνεῖν ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν καὶ καθεύδειν. Ὡς κυβερνήτης ἀγρυπνεῖ διαπαντὸς ὁ τοῦ βασιλέως πολυόμματος νοῦς. *Agapet.* Paraenet. ad *Justin.* cap. 2. *Plin.* Panegyr. *Trajan.* *Tibi parcus & brevis somnus.* Hinc in clypeo *Agamemnonis* depictus Leo; qui non tantùm roboris, sed & vigilantiae symbolum apud *Aegyptios* habebatur. *Turpe Duci somno totam consumere noctem:* (*Sil. Ital.* lib. 3.) quae planè interpretatio est hujusce versûs *Homerici*. Posteriorem versum citant *Themistius*, Orat. 14. & *Julianus* ad *Themist.* Hos porrò duos versus ingeniosè sic παρῳδεῖ *Conr. Rittershusius* ad *Oppiani Hal.* 5. Οὐ χρὴ παννύχιον Μουσῶν θεράποντα καθεύδειν, Ὧι βίβλοι τ' ἐπιτετράφαται, σφίν τε μέμηλε.

b Βουλὴν δὲ πρῶτον, &c. θαυμαστῶς ἐπαινεῖται *Plutarchus*, lib. *An seni gerenda sit Resp.* ¶ Est quidem Ἷζε hìc praeteriti imperfecti tertia persona, pro ἐκάθισε, καθίδρυσε· quòd si legatur ut Imperativi secunda persona, κάθιζε, καθίδρυε, haec praxis *Agamemnonis* facilè transibit in Gnomen paraeneticam, seu praeceptum morale. *Convoca concilium senum*, vel, *Senes inprimis in consilium adhibe, eorúmque consilia sequere.* Quod cùm non observaret, mirum in quos laqueos se induerit sapientissimi Regis degener ille filius

dem monuit *Gul. Canterus*, *Nov. Lect.* lib. 8. cap. 9. Liv. *Major pars vicit meliorem.* Nazianz. *Steliteut.* 3. Νικᾷ τὸ χεῖρον. Idem in Epist. ad *Cæsar.* Εἰ δὲ τὰ χείρω νικήσειεν. & Epist. 199. Notum nimis illud de *Socrate* apud *Aristophanem*, in *Pluto*, & alios; Τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ. quod & alterum caput fuit criminationis, quâ ἄνδρα σοφώτατον oppressêre nequissimum illud bipedum par, *Anytus* & *Melitus.* Βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα· *Hesiod.* de ferreo seculo. Ὅπου γ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει. Κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὠ δειλὸς κρατεῖ, Τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ· *Sophocl.* in *Philoct.* ad quem locum affert *Scholiastes* hoc *Homeri Hemistichium.*

[t] Ei nimirum σθένος οὐκ ἐπιεικτόν. ¶ Ἀντιφέρεσθαι, τὸ ἀπεναντίας φέρεσθαι, ὅ ἐστιν ἐναντιοῦσθαι, ὅθεν καὶ ἀντιφερίζειν· *Eustath.* *Æschyl.* in *Prom.* v. Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες. Id. ibid. Οὐκοῦν Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς (hoc est, θεομαχήσεις· Πράξεις. cap. 9. v. 5.) ὁρῶν ὅτι Τραχὺς μονάρχης (Ζεὺς scil.) οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.

IL. 2.

1 Non oportet per-totam-noctem dormire consiliarium virum,
Cui populi sunt commissi, & tot-res curæ-sunt.
2 [a] *Concilium inprimis magnanimorum convoca senum.*
3 [b] *Si quis alius Achivorum hoc somnium narrâsset,*
Mendacium utique id *diceremus, & refutaremus potiùs:*
Nunc autem id *vidit, qui multò præstantissimus in exercitu pro-*
4 *Ità scilicet Jovi præpotenti placiturum videtur;* (*fitetur esse.*
[c] *Qui jam multarum urbium diruit arces,*
Et adhuc etiam diruet: ejus enim potentia est maxima.
5 *Turpe enim hoc est & posteris auditu,*
Frustrà adeò talem tantúmque populum ---
Irritum & infectum bellum gerere & pugnare.
6 *O egregie, haud te decet meticulosi instar trepidare.*
7 [d] *Ira autem magna est divini regis,*
[e] *Honor verò ex Jove est; amátque eum consiliarius Jupiter.*

[a] *Reg.* 8. 1. Tunc congregati sunt omnes majores natu Israel ad Regem Solomonem. 1 *Reg.* 12. 6. Iniit consilium Rex cum senioribus. *Joel.* 2. 16. Congregate senes.
[b] *Eccles.* 9. 16. Sapientia pauperis contempta est, & verba ejus non sunt audita.
[c] *Ezech.* 35. 4. Urbes tuas demoliar, -- & scies quia ego Dominus.
[d] *Prov.* 16. 14. Indignatio regis, nuntii mortis. [e] *Prov.* 8. 15. Per me reges regnant. *Dan.* 2. 21. Ipse transfert reges, & constituit reges. *Rom.* 13. 1. Non est potestas, nisi à Deo.

---

us in historia sacra. Egregiè *Ben-syra*, סָבָא בְּבֵיתָא id est, *Senex in domo signum bonum in domo.* Nec minùs prudenter *Latini* Senatum à *senibus*, & Γερουσίαν *Græci* dixêre. Sed hâc de re vide plura infrà, *Il.* δ'. ad illum versum, Βουλῇ καὶ μύθοισι, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων. Μεγαθύμων] Magnanimus senex, ut equus ille *Ennianus*, imò *Ennius* apud *Ciceronem* De Senectute: *Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo, &c.* Et ut equus ille *Sophocleus*, Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων. Possunt enim & γέροντες esse μεγάθυμοι, & magnos animos gerere, etiam in imbecillo & effœto corpore: nec viribus corporis opus est in concilio, sed mente et prudentiâ. Vide *Ciceronem* loco jam laudato.

[c] *Artemidor. Onirocrit.* 1. *Arrian. Expedit. Alex.* lib. 6. Οὐ γὰρ χρῆναι οὔτ' οὖν τὸν βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους· οὔτε τῶν ἀρχομένων τινὰ ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν δοκεῖν τὸν βασιλέα. *Nec illud quidem prætermittam, quantam afferat fidem expositioni narrantis*

rantis autoritas. Quintil. lib. 4. cap. 2.

[d] Ταῦτα Δαίμονί κε φίλον ἦν οὕτω γίνεσθαι· *Herodot.* in *Clio.* Οὐ γάρ πω τοῦτ' ἐστι φίλον μακάρεσσι θεοῖσιν· *Aristoph.* in *Pace.* Ζεὺς γὰρ δοκεῖ τάδε· *Eurip.* in *Androm.* Notum illud ex porticu, Εἰ ταύτῃ τοῖς Θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. *Sic visum Superis*; Virg. *Ità Diis placitum*; Plaut. *Nec Diis amicum est*; Horat. qui *Hellenismis* passim scatet. Ὃς δὴ &c.] *Pausan.* in *Corinth.* Ζεὺς ergò πτολίπορθος, non minùs quàm Ὀδυσσεύς. Πολλάων πόλεων] *Paronomasia.* Κάρηνα] *Metaph.* αἱ ἀκροπόλεις.

[e] Hunc versum γνωμικῶς usurpare poterit ὁ δυσπραγῶν ἐπί τινι κακῶς γινομένῳ· *Eustath.* Est autem hoc Adagium apud *Erasmum* de *inani opera:* Ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν. Citat hunc locum *Dionysius Hal.* in Τέχνῃ.

[f] Δαιμόνι'] Ὦ βέλτιστε. Αὕτη ἡ λέξις τῶν μέσων ἐστί. Ὅτε μὲν ἐπὶ ἐπαίνῳ λεγομένη, οἷον θεῖε, μακάριε, μέγιστε, ἢ ἀγαθέ, καὶ ἄριστε· ὅτε δὲ ἐπὶ ψόγῳ, (ut paulò pòst, Δαιμόνι', ἀτρέμας ἧσο) οἷον ἄφρον, καὶ μάταιε, ἢ χείριστε, καὶ φαῦλε. *Scholiast.* Viros præclaros & generosos (*δαιμονίους*) non decet δειδίσσεσθαι, hoc est, *metuere,*

8 [h] Δαιμόνι' ἀτρέμας ἧσο, καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε,
Οἳ σέο φέρτεροί εἰσι· σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις,
Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.
9 [i] Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ.
10 [k] Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Ὀδυσῆϊ.
11 ——————[l] Οὐ μὲν ἔοικεν
Ἀρχὸν ἐόντα κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.
12 [m] Ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.
13 ---[n] Μέγ' ἄριστον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν,
Ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων.
14 [o] Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.
15 --[p] Ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο, πείθεό τ' ἄλλῳ.
16 [q] Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας,--
Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.
17 [r] Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν.--

[h] Citat hunc locum *Xenophon Memorab.* 1. Θρασυνομένη γὰρ ἡ ψυχὴ φρένας ἔχει τοὺς πόνους· *Æschyl.* in Ἱκετ. Τοῦτο ἔχει φρῶν κακὸν ἡ ἀπειγνωσία τὴν ἀνηκοΐαν· *Plut.* Περὶ Ἀδολεσχ. Τὸ πρᾶγμ' ἀκούετε, ἀλλὰ μὴ κεκράγετε· *Aristoph.* in *Vesp.* Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ, &c.] *Nec Marte, nec Mercurio.* Ἐναρίθμιος] Οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ· uti *Pythia* olim ad *Megarenses.* Quod & in Proverbium abiit. (Vide Paræmiographos) *Callim.* Epigram. Τῆς δὲ ταλαίνης Νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος, οὔτ' ἀριθμός. *Theocrit.* Idyll. 14. itidem de iisdem *Megarensibus,* Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμητοί.

[i] Insignis locus *de* & *pro* Monarchia. Et hunc versum affert *Justinus Martyr* (*Cohort. ad Gent.* & lib. *De Monarch.*] ad probandam Dei unitatem, ex *Homero*· Citant etiam *Aristoteles, Polit.* lib 4. cap. 4. & *Metaph.* 12. verbis extremis· *Theophrastus,* Charact. cap. Περὶ Ὀλιγαρχ. *Dionys. Halicar.* in Τέχνῃ. *Max. Tyrius* Dissert. 34. *Dio Chrys. De Regno,* Orat. 3. *Philo* in *Legat. ad Caium. Dion* apud *Cornelium Nepotem;* qui hemistichium hoc *Homericum*, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, sic *Latinè* reddit, *Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis. Boetius De Consol.* 1. *Theodoret. De cur. Gr. Aff.* 3. *Origenes* contra *Celsum,* 8. Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς β. οὐχ ὃ ἔ. K. π. ἀ. ἀλλ' ᾧ ἔδωκεν ὁ καθιστῶν βασιλεῖς καὶ μεθιστῶν. Et eleganter hùc allusit *Arius* apud *Plutarchum* in *Antonio,* qui deliberanti *Augusto,* an regnum *Cæsarioni* traderet, dixit, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαισαρίη. *Nulla fides regni sociis;* Lucan. *Nec regna socium ferre, nec tedæ sciunt;* Sen. Et iterum, *Non capit regnum duos.* Quò fortè etiam trahi poterit *Græcum*

trepidare, consternari, timore percelli: Siquidem *Degeneres animos timor arguit.*

[g] *Aristot. Rhet.* l. 2. c. 2. *Philostrat. Vit. Sophist.* in *Phavorino. Sen.* Med. *Gravis ira Regum est semper.* Pind. Χόλος δ' οὐκ ἀλίθιος γίνεται παίδων Διός. *Eurip. Med.* Δεινὰ τυράννων λήματα. Τιμὴ δ', &c.] Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· *Hesiod.* Theog. & *Callimachus. Indè est Imperator, unde & homo antè quàm Imperator: indè potestas illi, unde & spiritus.* Tertull. Apolog. *Cujus jussu homines nascuntur, hujus jussu & reges constituuntur.* Iren. lib. 5. cap. 24. Hinc inter alia capita juramenti illius, quo religiosè obstringebant se *Esseni*, etiam hoc erat; Τὸ πιστὸν πᾶσι μὲν παρέξειν, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν· Οὐ γὰρ δίχα Θεοῦ περιγίνεσθαί τισι τὸ ἄρχειν· *Porph.* Περὶ ἀποχῆς lib. 4. Hinc & διοτρεφέας βασιλῆας vocat *Tyrtæus* apud *Plutarchum. Tibi summum rerum judicium Dii dedêre: nobis obsequii gloria relicta est*; inquit *M. Terent.* ad *Cæsarem* apud *Tacitum, Annal.* 6. *Principem dat Deus, qui erga omne hominum genus vice suâ fungatur.* Plin. Panegyr.

8 *Heus tu, nequam! quietè sede, & aliorum sermonem audi,*
Qui te præstantiores sunt: tu autem imbellis & invalidus,
Nec unquam in prælio ullo-in-numero, nec in consilio.
9 [f] *Non bonum* est *multorum-imperium; unus imperator sit,*
Unus rex, cui dederit Saturni filius versuti
Sceptrúmque & jura, ut ipsis, subditis scil. *dominetur.*
10 *Inimicissimus Achilli inprimis erat, & Ulyssi.*
11 ———[g] *Haud profectò decet*
Eum, qui princeps est, malorum autorem esse Achivis.
12 *O imbelles, mala probra, Achaides, non ampliùs Achivi.*
13 -- [h] *Quàm optimè inter Argivos fecit,*
Qui istum convitiatorem rabulam repressit, nè-garriret-ampliùs.
14 *Turpe est & mansisse diu, vacuúmque redire.*
15 -- [i] *O Rex & tu ipse bene consulta, & ausculta alteri.*
16 *Distingue viros per gentes, & tribus*: --
Ut tribus tribui auxilietur, & gens genti.
17 [k] *Tales decem mihi consiliarii* utinam *essent.* --

[f] *Judic.* 9. 2. Utrum vobis melius est? An, ut dominium habeant in vos septuaginta viri, --an verò ut dominium habeat in vos vir unus? 1 *Sam.* 8. 5. Constitue nobis regem, ut judicet nos, sicut & universæ habent nationes. *Prov.* 28. 2. Propter peccata terræ multi principes ejus. *Jacob.* 3. 1. Nolite plures magistri fieri. [g] *Prov.* 28. 16. Dux indigens prudentiâ multos opprimet per calumniam. [h] *Job* 11. 2, 3. An multitudini verborum non respondebitur? aut an vir loquax justus habebitur? --Cùm ceteros irriseris, à nullo confutaberis? [i] *Psal.* 2. 10. Et nunc, Reges, intelligite; erudimini, qui judicatis terram. [k] *Prov.* 11. 14. In multitudine Consiliariorum est salus.

---

cum illud adagium, Μία λόχμη δύο ἐριθάκους οὐ τρέφει. Huic porrò sententiæ *Homericæ* de præstantia βασιλείας seu μοναρχίας præ alia quacunque forma regiminis suffragantur Veteres passim. *Aristot. Ethic.* lib. 8. cap. 10. Βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία. *Herodian.* lib. 4. Βασιλεῦσιν ὁ Ζεὺς ὥσπερ αὐτὸς ἔχει μόνος, οὕτω καὶ ἀνθρώπων ἐπὶ δίδωσιν. *Minutius Felix*, in *Octavio. Rex unus est apibus, & dux unus in gregibus, & in armentis rector unus*, &c. *Hieron.* Epist. *Ad Rust. Grues unam sequuntur ordine literato. Imperator unus est. Unum esse Reipublicæ corpus atque*

unius animo regendum: Duo aut premunt Rempublicam, aut distrahunt. Tacit. *Annal.* 1. Adeò hìc inprimis obtinet illud *Martialis*; *Haud bellè quædam faciunt duo.* Vide & *Darii* orationem pro Monarchia apud *Herodotum*, & *Mæcenatis* apud *Dionem Cassium*. Nec omittendum illud *Thucydidis*, lib. 6. Μέγα βλάπτει καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν, καὶ ἡ πολυαρχία. Nec illud apud *Plutarchum* in *Convivio septem sapientum*; Εὐδαίμον πόλεως ἕτερον ἑνὸς κήρυκος ἀκούειν. Nec illud de *Caria* apud Parœmiographos, Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν. Par enim malum πολυαρχία & ἀναρχία, & certè Πολυαρχία μήτηρ ἀναρχίας ἐστί. *Nicet. Chon.* Annal. *Alex. Comn.* Ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν· teste *Sophocle*.

[k] *Thersites* scilicet, dedecus & carcinoma *Græci* exercitûs. Nempe quò quisque pejor, eò bonis infensior & iniquior: nam, ut *Similitudo mater amoris* & Ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον· sic contrà, τὸ ἀνόμοιον non minùs quàm τ' ἀληθὲς ἔχθεαν τίκτει. Mali præsertim bonos odio prosequuntur plusquam *Vatiniano*. *Thersites odit Peliden, odit Ulyssem: Nempe hic consilio præstitit, ille manu. Felices ambo! scelus est placuisse Neroni; Et laus, Thersita, est displicuisse tibi.* Hunc improbi hominis characterem pridem ex hoc versu collegit *Plutarchus* libro Περὶ φθον. καὶ μισ. Τὴν τοῦ ἤθους μοχθηρίαν (τοῦ Θερσίτου scilicet) συντομώτατα καὶ δι' ἑνὸς ἔφρασεν ὁ ποιητής, Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ, &c. Ὑπερβολὴ γάρ τις φαυλότητος τὸ τοῖς κρατίστοις ἐχθρὸν εἶναι. Bene ergò monet *Hesiodus*, nè quis bonos vituperet, nec reprehendat; Ἔργ. καὶ ἡμ. 2. Μὴ δὲ κακῶν ἕταρον, μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα. Et *Pindarus*, de quodam Heroe, *Pyth.* 4. Ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν, οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς. Ubi *Scholiastes*, Ὅμηρος δὲ τὸν Θερσίτην εἰσήγαγε φιλόκακον καὶ μισάγαθον. ὅσους γὰρ ὁ ποιητὴς ἐγκωμιάζει κατ' ἀρετὴν, τούτους ἔψεγε, διὸ καὶ ἔλεγεν, Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ, &c.

[l] Ἀρχὸν minimè decet esse ἀρχέκακον (hoc est, *fontem & autorem mali*) populo suo: nec subditos κακῶν ἐπιβάσκειν, id est, ἐπιβιβάζειν, ἢ ἐπιβαίνειν ποιεῖν. Δεῖ γὰρ εὐεργετικὸν εἶναι τὸν ἄρχοντα, οὐκ ἀδικητὴν καὶ κακοποιόν· *Eustath.* Et certè boni Principis optimum illud symbolum, quod suprà habuimus; Βέλομ' ἐγὼ λαὸν &c.

[m] Ὦ πέπονες, *O molles, ignavi, delicatuli.* Alibi Ὦ πέπον, *O amice, O mi suavissime.* Est igitur vox πέπων (de homine *Metaphoricè* dicta, à pepone fructu) μέση λέξις, & προσφώνησις, tum ὀνειδιστική, tum φιλική. *Artemidor. Onirocrit.* lib. 1. cap. 69. Πέπονες (scilicet, in somno visi) πρὸς μὲν τὰς φιλίας καὶ συμβιώσεις εἰσὶν ἀγαθοί· πέπονα γὰρ τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ λέγουσιν. *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges*; Virg. *Æn.* 9. Sic *Troiades* pro *Trojani* dixit *Persius*, *Sat.* 1. in initio, *Mollitiem Romanorum obiter carpens*, annotante *Casaubono* in *Comment.* Οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες· *Xerxes* de militibus suis apud *Herodotum*, lib. 8. Hinc sarcasticum illud *Hectoris* ad *Diomedem*, *Il.* θ΄. Γυναικὸς ἄρ' ἀντιτέτυξο (quod hemistichium huic, Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί, parallelum ibi facit *Eustathius*.) Ἔῤῥε κακὴ γλήνη. *Itaque in probris maximè in promptu est* (κακ' ἐλέγχεα scilicet) *si quid tale dici potest, Vos etenim juvenes, animos geritis muliebres*; Cic. *Offic.* 1. Versus est ex *Ennio*, quanquam celato nomine Autoris. Δόξαι γὰρ ἂν εἶναι δειλὸς ἀνὴρ, εἰ οὕτως ἀν-

18 [s] Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν Ἄρηα.
19 [t] Μηκέτι νῦν δηθ' αὖθι λεγώμεθα, μηδ' ἔτι δηρὸν
Ἀμβαλλώμεθα ἔργον, ὃ δὴ Θεὸς ἐγγυαλίξει.
20 [u] Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων.
21 [x] Τοῖσιν ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέτω, οἷσί περ ἄρχει.

[s] *Ironicè* torqueri potest in rixosos convivas: atque ità sanè de Sophistis in cœna rixantibus usus est *Plutarchus*, in *Symp.* lib. 1. & in eandem ferè rem *Athenæus*, lib. 10. & ex eorum altero *Eustathius* in locum: nec multò aliter *Macrobius Saturnal.* lib. 7. cap. 1. Atque ideo etiam fortè à *conviviis exulet philosophia*, utpote ἐριστική.

[t] Στρατηγικὴ διδασκαλία, χρόνου φειδώ. *Scholiastes* ad locum. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον, ἔς τ' ἔννηφιν· Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. *Hesiod.* Hinc illud *Alexandri* symbolum, Μηδὲν ἀναβαλλόμενος· quod & hìc affert *Scholiastes*. Celeritas in bello maximi est momenti: contrà, Cunctatione nihil incommodius.

ἀρεῖο ἐίη, ὥσπερ γυνὴ ἀνδρεία· *Arist.* Polit. lib. 3. cap. 3. *O Pepones sophistæ vituperabiles, & non viri*; Vetus Interpres *Irenæi*, lib. 1. cap. 5. Cùm tamen in *Græco* textu *Irenæi* non sit Ὦ πέπονες, &c. sed Ὦ ληρολόγοι σοφισταί. *Diogenes*, *Lacedæmone Athenas* proficiscens, & interrogatus quò iret, respondit, Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὴν γυναικωνῖτιν· *Laert.* in *Vita Diog.*

[n] Hunc omnino locum ob oculos habuit *Clemens Alexandrinus*, Pædag. lib. 2. cap. 7. Τὰς τε ἀχρειοβόας καὶ τοὺς κεκραγότας ἐπιστομιστέον. Ταύτῃ γὰρ ἂν τὸν Θερσίτην πληγαῖς ἠκίσατο ὁ σώφρων Ὀδυσσεύς, ὅτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα. ¶ Ἐπεσβόλος, *convitiator, rabula, scurra*, qu. ἔπεσι βάλλων, *verbis impetens*, seu *incessens*; ut βλάσφημος qu. βάλλων ταῖς φήμαις, *malis & sinistris rumoribus feriens*, seu *incessens*. Ità enim mallem, quàm à βλάπτειν τὴν φήμην.

[o] *Aristot. Rhet.* lib. 1. cap. 6. *Cic.* Epist. *ad Attic.* lib. 6. *Quidve domum fertis decimo nisi dedecus anno?* Ovid. *Met.* 13. Hinc proverbium apud *Erasmum* (qui singulas ferè Gnomas *Homericas*, nescio quomodo, in Parœmias transmutat) *Turpe est & mansisse diu vacuúmque redire.* Et alludit proculdubio *Cicero*, lib. 3. *De Officiis*, *Inanem redire turpissimum est:* & imitatur *Q. Calab.* lib. 9. Αἰδὼς γὰρ μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἔνθα μένοντας Ἐμμεναι ἀπρήκτους.

[p] *Consilium & datis, & dato gaudetis*; *Horat. Car.* lib. 3. nam & (juxta *Hesiodum*) Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. Siquidem Ἴσον ἐκεῖνο παρ' ἐμοὶ κέκριται φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ πείθεσθαι· *Herodot.* apud *Anton. Meliss.* lib. 1. *Dum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus.* *Liv.* Præsertim, *Cùm non minùs esset Imperatoris, consilio superare, quàm gladio.* Cæs. *De bello Civ.* lib. 1. Contrà verò, Τῷ (sic enim rescribendum pro τὸ, quod est in impressis; quod miror non animadvertisse doctissimum *Rittershusium*) μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ συνορᾶν τὸ δέον, μήτε συμβάλλοντος ἀνέχεσθαι, εἰς τελευτὴν ἐξώκειλε κακίαν, &c. *Isid. Pel.* lib. 2. epist. 50.

[q] *Dionys. Halicarn.* in Τέχν. *Plutarch.* in *Pelopid.* *Dio Chrys.* Orat. 56. *Leo*, *Tactic.* cap. 4. Φρονιμώτερον δὲ ποιήσεις, ἐὰν τάξῃς ἀδελφοὺς μετὰ ἀδελφῶν, καὶ φίλους μετὰ φίλων, &c. Eadem ferè habet *Onosander*, *Strateg.* cap. 24. *Nicet. Choniat.* (qui etiam in prosa passim Ὁμηρίζει) in *Joann. Comneno.* Ὁ βασιλεὺς τὰς φάλαγγας διωκρινηκὼς, καὶ κατὰ γένος καὶ φρατρίας διῃρηκὼς ὡς φῦλα φύλοις ἀρήγωσιν.

[r] Σύμβουλος ἀγαθὸς χρηματώτατον· *Isocr.* ad *Nic.* Συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα· *Aristot. Ethic.* lib. 3. cap. 3. Καὶ ἡ εὐχὴ τοῦ Ἀγαμέμνονος, Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες, &c. Idem in *Polit.* lib. 3. cap. 12. *Dux ille Græciæ nunquam optat, ut Ajacis similes habeat decem, at ut Nestoris.* Cic. in *Cat. Maj.* Ὥστε καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα εὔχεσθαι δέκα γέροντας αὐτῷ πιστοὺς εἶναι μᾶλλον συμβούλους, ἢ νεανίσκους· *Dio Chrysost. De Reg.* Orat. 2. Ὥσπερ Ἀγαμέμνων δέκα συμφράδμονας εἶναι θέλεις μετὰ σεαυτοῦ Θεούς· *Tatian.* Orat. *Contra Græc.* Vide & *Libanium* in *Declam.* 31. ubi hoc *Agamemnonis* votum fusè doctéque παραφράζει. Citat & *Dionysius Halicarnassensis* in Τέχνη. Ità & *Darius* apud *Herodotum*, in *Melpomene*, tot *Megabazos* sibi optabat, quot essent grana in malo Punico.

18 ***Nunc venite ad prandium; ut conferamus prælium.***
19 [l] ***Nè ampliùs nunc diu hic desideamus, neque in-longum***
Differamus opus, quod jam Deus dabit.
20 [m] ***Alia aliorum lingua longè-latéque-dispersorum hominum.***
21 [n] ***Illis quilibet vir mandata-det, quibus præfectus-est.***

[l] *Eccles* 9.10. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare.

[m] *Gen.* 11.9. Ibi confusum est labium universæ terræ. *Act.* 2.4. Cœperunt loqui variis linguis. [n] *Rom.* 12.8. Qui præest, cum diligentia.

commodius. Siquidem Τὸ ἀεὶ μέλλειν ἀτελέας ποιεῖ τὰς πρήξιας· *Democrit.* apud *Stobæum.* *Tolle moras semper nocuit differre paratis*; *Cæsar* apud *Lucanum*, ejusdem *Alexandri* æmulus.

[u] Polyb.

[u] *Polyb.* lib. 15. Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα· πολύκλητοι δ' ἔσαν ἄνδρες. Ubi confundit hunc locum cum alio in *Iliad.* δ'. Et duo hemistichia diversorum carminum in unum conjungit.

[x] Torqueri potest, Vel in desides & ignavos principes, qui munus suum negligunt, nec Rempublicam curant. Imperet quisque iis, quibus præfectus est. Quisque suum gregem pascat & regat. Σπάρ τὰν ἔλαχες ταύταν κόσμει. Vel etiam in ἀλλοτριοεπισκόπους & πολυπράγμονας.

[y] Salubria monita, præsertim paterna, non amplecti, nec sequi, certissimum imminentis ruinæ indicium. Sana consilia respuunt, quibus perire in

22 ——————— [y] Ὅς περὶ πάντων
Ἤδεε μαντοσύνας, ὐδὲ ὓς παῖδας ἔασκε
Στείχειν ἐς πόλεμον φθισήνορα· τὼ δέ οἱ ὔτι
Πειθέσθην· κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο.
23 [z] Ἀλλ' ὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.
24 [aa] Ὅς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη,
Νήπιος, ὐδέ τι οἱ τό γ' ἐπήρκεσε κῆρα μέλαιναν.

fatis est, & exitium in propinquo. *Curtius* (lib. 5.) de *Dario. Destinatus sorti suæ, & jam nullius salubris consilii patiens. Sic, cùm fata volunt, bina venena juvant.* Martial. *Et cùm fata* vocant, pharmaca *nulla juvant*, nulla remedia, nulla monita nec consilia prosunt. Κῆρες γὰρ ἄγον] *Herodot.* in *Clio.* Χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς (& alibi χρῆν γὰρ). *Plutarch.* in *Pyrrho.* Τὸ δὲ χρεὼν ἦν ἄφυκτον. *Joseph. Antiqu.* lib. 8. Ἐνίκα γὰρ οἶμαι τὸ χρεών. Et certè ex *Stoicorum* sententia videtur frustrà esse omnis divinatio: &, si fato omnia fiunt, nullus erit usus τῆς μαντείας vel (ut *Homerus* hìc) μαντοσύνης· nam, si omnia fato & ex necessitate eveniunt, mala quidem prædici possunt & prævideri διὰ τῆς μαντοσύνης, at præcaveri omninò, & evitari non possunt διὰ τὴν εἱμαρμένην, juxta illud in *Anthologia*, Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν ἃ δεῖ παθεῖν, Καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν, Εἰ δὲ δεῖ παθεῖν, ἃ δ' ἦν μαθεῖν, Τί δεῖ μαθεῖν; χρὴ γὰρ παθεῖν. *Cic.* de *Divin.* lib. 2. *Si omnia fato, quid mihi divinatio prodest?* Et post pauca; *Ubi est igitur divinatio ista Stoicorum? quæ, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus; quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est. Sin autem id potest flecti, nullum est fatum.* Viderint illi, si qui sint, qui *Parcarum tabulas & Stoicas opiniones in Ecclesiam invehunt*, uti olim querebatur *Melancthon.* Interim verò dum hanc *Scyllam* fugimus, cavendum ab illa *Charybdi*, in quam incidit idem *Cicero:* qui, ut ait *Augustinus, ut homines faceret liberos, fecit sacrilegos.* Et tamen alibi (ut erat ἀμφιδέξιος & ἀλλοπρόσαλλος) videtur planè in *Stoicorum* castra transfugere, ubi scilicet atrox illud & plusquàm civile bellum *Cæsaris* & *Pompeii* hoc fati prætextu aut excusat, aut extenuat. *Orat.* pro *Ligar. Fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia divinâ necessitate esse superata.*

[z] *Apollon. Argon.* 2. Ἀλλά μιν ὔτι Μαντοσύναι ἐσάωσαν· & lib. 4. de *Mopso.* Ἀδδικέα δ' ὐ φύγεν αἶσαν Μαντοσύναις. *Sed non augurio potuit depellere pestem;* Virg. *Æn.* 9. Μόρσιμα πάντως Οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται, ὔθ' ἱερά. *Solon* apud *Stobæum.*

[aa] Citat *Dio Chrys.* Orat. 2. De *Regno*, &

Ἰλ. γ'.

[a] Κλέπταιῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς· *Eurip.* in *Iphig. Nocte latent fures;* Catull.

1 ——————— [a] Ὀμίχλην
Ποιμέσιν ὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Φεύγων ἥλιον, διώκων νύκτα καὶ ὁμίχλην, ποιμέσιν ὔτι φίλην, κλέπτῃ δὲ ἀγαθήν. Ὁ μὲν ποιμένι ἔοικεν, ὁ δὲ κλέπτῃ ἔοικεν, καὶ γὰρ λανθάνειν εὔχεται. Οἶδε γὰρ τὸ κακὸν ὃ δρᾷ· ἀλλὰ εἰδὼς ὑφ' ἡδονῆς ἕλκεται. *Max. Tyr.* Dissert. 9. Ubi ipsissima habemus Poetæ verba paululum immutata. Hinc fur apud *Hesiodum*, (Ἔργ.

Quisque suam curet provinciam. Contineat se quisque intra fines & limites officii vel imperii sui. Nequis in alienum chorum pedem inferat, nec in alienam messem falcem immittat. Πασ-σάμ̣ενος ἐπίπασσε· *Theocrit. Idyl.* 15. id est, Impera iis, quos possides, & sub ditione tua habes, vel quos pascis. Μαντεύεο σοῖσι τέκεσσι· *Od.* β'.

22 ——————— *Qui supra omnes*
Callebat vaticinia, neque suos filios sinebat
Proficisci in bellum hominibus-exitiosum: [o] *ii verò ipsi neutiquã*
Parebant; fata enim eos *agebant atræ mortis.*
23 [p] *Sed non auguriis propulsavit mortem atram.*
24 [q] *Qui & aurum gestans ad bellum ibat veluti puella,*
Stultus, minimè autem ab eo hoc propulsavit mortem atram.

[o] 1 *Sam.* 2. 25. Non audierunt vocem patris sui; quia voluit Dominus occidere eos. [p] *Esai.* 47. 13. Stent, & salvent te augures cœli, &c. (*Ironicé*) [q] *Prov.* 11. 4. Non proderunt divitiæ in die ultionis.

Clem. Alex. Pædag. l. 2. c. 12. Ubi pro πόλεμόνδ' ἴεν, *&c.* legitur, πόλεμον κίεν, ἠΰτε κούρη Νηπίη. Et παρῳδεῖ *Julianus* in *Cæsaribus* de *Gallieno*; Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πάντη τρυφᾷ, ἠΰτε κούρη. *Anacr.* (licèt alio sensu) Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται, Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με; *Nè terreat vanus aspectus, aut auri fulgor atq; argenti, quod neq; tegit, neque vulnerat.* *Galgacus Britannus* apud *Tacitum* in *Vita Agricolæ.* Unde *Timotheus* apud *Plutarchum* in *Agesil.* Ἄρης τύραννος· χρυσὸν δ' Ἑλλὰς οὐ δέδοικε. & *Darius* apud *Curtium*, lib. 5. *Ferro geruntur bella, non auro.* Quod ipse profectò haud satis meminit, cùm *Charidemum Atheniensem* supplicio affecit ob liberam hâc ipsâ de re orationem; (lib. 3.) cujus hæc conclusio, *Argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitte.* Quanquam & alioqui si non in prælio, tamen vos *Dicite quæso, Duces, in bello quid facit aurum?* Annon νεῦρα τοῦ πολέμου τὰ χρήματα; Et si non ad perditionem, tamen ad proditionem δεινὸν πολεμίοις ὅπλον τοῦτο (τὸν χρυσὸν scilicet) καὶ δραστήριον εἰς τὸ νικᾷν vocat *Onosander* in *Strateg.* Et Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, erat dictum ex Tripode. Et quantum in bello valeat vel *asinus auro onustus*, nos ignorare non sinit *Philippi* Apophthegma apud *Plutarchum.* Τὰ γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα χειρωθῆναι τῷ χρυσῷ ῥᾴδιον ὅτι καταπολεμῆσαι· τῷ ἀργυρίῳ δ' ὑποπίπτει πάντα· *Diod. Sic.* Quid? quòd *Lachares* apud *Polyænum*, (*Strategem.* lib. 3.) hostes persequentes auro per viam sparso remoratus effugit. At generosa planè, & præclara illa *Pyrrhi* sententia apud *Ennium* (*Fragm. Annal.* lib. 6.) quam et laudat *Cicero* (De *Offic.* lib. 1.)

Nec mî aurum posco; nec mî pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus utrique.

IL. 3.

1 ——————————— [a] N*Ebula*
Pastoribus haudquaquam amica, furi autem nocte melior.

[a] *Job.* 24. 14. Noctu verò est sicut fur. 1 *Thess.* 5. 2. Sicut fur in nocte.

καὶ c. Ἡμ. l. 2.) et *Oppianum* (*Hal.* 2.). audit ἡμερόκοιτος ἀνὴρ, quia interdiu dormit, noctu furatur. Hùc spectat & illud *Horatii*, (lib. 1. epist. 16.) *Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.*

nubem. Et illud *Nasonis*, *Celari vult sua furta Venus:* & *Celari vult sua furta Latro.* ¶ Qui & fortè à *Latendo* sic dictus; quia latebras quærit, ubi insidietur: ut & *fur* à *furvus* juxta *Grammaticos*; quia furvum & obscurum tempus furto accommodum. (Nisi potiùs utraque vox *Græca: Latro* à λάτρις· *fur* à φώρ.) *Varro* apud *Nonium. Fur ex eo dictus, quòd furvum atrum appellaverint; & fures per obscuras noctes atque atras faciliùs furentur.* **Homerus;** Κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω. Ideóque fures nocturni ex lege *Duodecim Tabularum* graviùs puniuntur, quàm interdiarii: quia noctu major delinquendi facultas, & facilitas: sed & aliam

2 [b] Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτά·
3 [c] Αἴθ' ὄφελές τ' ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.
4 [d] Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης,
Ἥ τε κόμη, τό, τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.
5 ———————— [e] Ἦ τέ κεν ἤδη
Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.
6 [f] Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ Θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
Ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.
7 [g] Μή τις ὑπερβασίῃ Διὸς ὅρκια δηλήσηται.
8 [h] Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.
9 [i] Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
10 [k] Ἀλλὰ καὶ ὧς, τοίη περ ἐοῦσ', ἐν νηυσὶ νεέσθω,
Μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

[b] Δύσπαρις, *Infelix Paris*; sic δυσμήτηρ, *Infelix*, vel *dura mater.* Μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ· *Od.* ψ'. Rariùs autem cum Substantivis, præsertim propriis nominibus conjungitur hæc particula. Sed & Κακοΐλιον sic dixit noster: & Αἰνόπαρις est apud *Euripidem*, qui hìc Δύσπαρις apud *Homerum. Alcman* utrumque hoc nomen eodem carmine conjunxit. Δύσπαρις, Αἰνόπαρις, κακὸν Ἑλλάδι βωτιανείρῃ. Εἶδος ἄριστε,] Ἄλλως μὲν κακὲ, καλὲ δὲ ἰδεῖν. *Eustath.* Ψόγου γὰρ ἀποφαίνει καὶ λοιδορείας ἄξιον, ᾧ μηδὲν ἐστιν ἀγαθὸν εὐμορφίας κάλλιον· *Plut.* (citans hoc hemistichium, Δ. εἶ. ἄ.) Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. Unde et poeta alibi, Ἕκτορ, ὦ εἶδος ἄριστε. *Voluit nimirum summus ac sapientissimus poeta ostendere, neque bona neque mala corporis talia esse, ut ad laudem, aut ad vituperium cujusquam valde pertineant. Itaque apud eum etiam qui aliquem objurgant, ac reprehendunt, simul tamen commendare ipsius formam, si bona est, non verentur; ut Hector Paridi convitium faciens,* Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε. &c. *Muret.* lib. 11. *Var. Lect.* cap. 10. Vide plura ibi: est enim totum illud caput lectu dignissimum. ¶ Γυναιμανὴς per Syncopen à γυναικομανὴς, θηλυδρίας, λάγνος, γύννις. Epitheton *Paridi* apprimè conveniens: quod et cum εἶδος ἄριστε rectè conjungitur; siquidem *Rara est concordia formæ Atque pudicitiæ:* teste *Satyrico.*

[c] *Augusti* vox et votum de seipso apud *Suetonium.* Αἴθ' ὄφελον τ' ἄγαμός τ', &c. Citat etiam *Max. Tyrius*, Dissert. 34. Ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά· Incertus apud *Grot.* Excerp. Ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου· Ibid. Γάμοι πλῆθουσιν ἀνίας· *Theocr.* Idyll. 27. Καί φημι βροτῶν οἳ τινές εἰσι πάμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν τῶν γειναμένων· *Eurip.* in *Med.* Οὔποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν πλέον ἢ λυπεῖν· Idem in *Alcest.* Ἀσύμφορον τὸ ἔχειν τέκνα· πεκνοτροφίην σφαλερόν· *Democr.* apud *Stobæum. Plus aloes quàm mellis habet;* Juven. *Sat.* 6. de toro nuptiali. Δημόκριτος γάμον καὶ παιδοποιΐαν παραιτεῖται διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας· *Clem. Alex. Strom.* 6. Nec omittendum illud *Diogenis* Apophthegma apud *Plutarchum*; qui, cùm νεόγαμος nescio quis ædibus suis inscripsisset, Μηδὲν εἰσίτω κακόν· Μετὰ τὸν πόλεμον, inquit, ἡ συμμαχία. Nec ille versus **Eueni** apud *Plutarchum*, Περὶ Φιλοστοργ. et *Artemidorum*, *Onirocrit.* lib. 1. cap. 16. Ἢ δέος ἢ λύπη

πᾶς

legis rationem affert *Ulpianus.* Ἐν γὰρ ἡμέρᾳ δύναταί τις καὶ βοηθοὺς καλέσαι ἑαυτοῦ, ἐν δὲ νυκτὶ οὐκέτι. Si im *aliquis occisit,*(furem scilicet nocturnum) *jure casus esto.* Uti verba hæc Solonis, Εἰ δέ τις νύκτωρ ἐπιὼν κλέπτει, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, vertebant *Decemviri.* Quin & *nebulo* etiam à *nebula* (ὀμίχλη) ob eandem rationem : cui etymo confirmando eundem hunc *Homeri* locum adducit *Nonius* in voce *Nebulones.* Trinum hoc etymon *Latronis*, *Nebulonis*, & *Furis*, quid ni, memoriæ ergò, in unum distichon compingere liceat ?

Latro latet : *Nebulo* nebulà & caligine gaudet:
Et furvum tempus *Fur* (& adulter) amat.

2 *O nequam-Pari, formà præstantissime, effœminate, impostor,*
3 *O utinam prolisque-expers, cœlébsque perîsses!*
4 *Haud tibi profuerit cithara, & dona Veneris,*
Et coma, & forma, cùm pulveri immixtus-fueris.
5 ——————*Certè jam*
[b] *Lapideam induisses tunicam ob mala quæ fecisti.*
6 [c] *Non rejicienda sunt Deorum eximia dona,*
Quæ ipsi dederint; pro-libitu verò haud quisquam ceperit.
7 [d] *Nè quis transgressione Jovis fœdera violet (neque pejeret).*
8 [e] *Semper juniorum hominum animi penduli & instabiles sunt.*
9 *Haud indignè-ferendum Trojanos & bene-armatos Achivos*
Talem ob fœminam multo tempore belli- *miserias pati.*
Omnino immortalibus deabus vultu similis-est. (*redeat,*
10 *Veruntamen & sic, talis quamvìs sit, in navibus (domum)*
Neq; nobis, liberisq; (nostris) in-posterum pernicies relinquatur.

[b] *Joh.* 8. 5. Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. [c] *Eccles.* 3. 13. Omnis homo, qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. 1 *Tim.* 4. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, &c. (οὐδὲν ἀπόβλητον *in Gr.*) [d] *Levit.* 19. 12. Non perjurabis in nomine meo. *Matth.* 5. 33. Non perjurabis; reddes autem Domino juramenta tua. [e] *Eccles.* 11. 10. Adolescentia & pueritia, vanitas. *Tit.* 2. 6. Juvenes hortare, ut sobrii sint.

τοῖς πατρὶ πάντα χρόνον. Nec epigramma illud *Anthol.* lib. 1. Εὐδαίμων πρῶτον μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων· Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας· τὸ τρίτον, ὅστις ἄπαις.

[d] *Hephæstion* apud Photium in *Biblioth. Dio Chrysost.* Orat. 11. In hunc locum velut aliud agens hoc tetrastichon fudi.

Forma bonum fragile est; *Venerem* *Proserpina* vincit,
Et *Parin*, et pulchras corripit illa comas.
Miscentur teneris *Parcarum* fila capillis:
I, perfunde caput pulvere, pulvis eris.

Hinc *Venus* de *Proserpina* fatetur, an queritur, apud *Bionem* in *Epitaphio Adonidis.* Λάμβανε, Περσεφόνα, τὸν ἐμὸν πόσιν· ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ Πολλὸν ἐμεῦ κρείσσων· τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς σὲ καταρρεῖ. Et *Thersites* apud Inferos cum *Nireo* de pulchritudine contendit apud *Lucianum* in *Mortuorum Dialog.*

[e] Si tecum sc. ex merito actum fuisset. Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα] Elegans descriptio τῆς λιθεύσεως seu καταλεύσεως. *Lapideam induisses tunicam :* id est, Lapidatus fuisses. Stupet hìc *Scholiastes*, et planè Λάϊνος, imò *Lapis* est. Nec meliùs *Latinus* Interpr. *Impenetrabilem indue tunicam.* Rectè autem *Eustathius* ad *Il.* ν'. Λάϊνον ἕ. χ. ἤγουν Ἐλιθώθης ἄν· τὸ γὰρ λίθοις σκεπασθῆναι, ὡς ἐπὶ χιτῶνος ἐλέχθη. Κακῶν ἕνεχ'] Adulterii inprimis: cujus solennis pœna lapidatio, seu Χερμάδων ἐπομβρία ut *Lycophron* in *Cassandra* , hoc est *Saxeus imber*; uti ibi vertit *Jos. Scaliger*, et, ut scitè hìc noster,

 λάϊνος

λάϊνος χιτὼν· quem qui induit, eum θανεῖν τῷ λευσίμῳ πτερώματι dixit *Euripides* in *Orest.* Mœchorum porrò supplicium fuisse καταλευσιν non tantùm apud *Hebræos*, sed etiam alias aliquot gentes (etiam apud *Athenienses*) liquet tum ex hoc loco *Homeri*, tum etiam ex *Æliano* (*Var. hist.* lib. 5. cap. 19.) *Sophocle* (*Antig.*) *Philostrato* (*Heroic.*) & aliis. Vide et *Jurisconsultos* ad *Legem Juliam* DE ADULTER.

[f] *Diogenes* apud *Laertium* ὀνειδιζόμενος ὅτι παρὰ Ἀντιπάτρου τρίβώνιον ἔλαβεν, Οὔτοι, ἔφη, ἀπόβλητ' ἐστὶ, &c. *Bona nec sua quisque recuset*; Ovid. *Metam.* 13. Τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών· Eurip. in *Hippol.* Ἀσεβὴς μὲν, ὅτι τὰς παρὰ θεοῦ χάριτας ἀτιμάζει· *Arrian.* in *Epictet.* lib. 2. cap. 23. Οὔτοι ἀπόβλητά ἐστι δῶρα παρὰ τοῦ Διός· *Lucian.* in *Timone*, alludens ad hunc *Homeri* versum. Citat etiam hunc locum *Dio Chrysostomus*, Orat. 30. & *Apuleius* in initio *Apologiæ*: & respicit fortè *Libanius* Orat. 9. Τά γε δῶρα τῆς φύσεως οὐ μεμπτά.

[g] Διὸς ὅρκια] Erat enim Ζεὺς ὅρκιος· hoc est, *Juramenti præses*, & *perjurii ultor*. Vide infrà *Il.* τ'. Δηλήσηται] βλάψῃ. βλάβῃ τῶν ὅρκων ἡ παράβασις αὐτῶν· *Eustath.*

[h] Citat *Lucianus*, in *Hercule Gall.* & *Artemidorus*, *Onirocrit.* lib. 1. cap. 52. & re-

[l] De *Agamemnone*. Hinc *Menedemus* à *Cratete* dictus Ἀγαμεμνόνειος apud *Hesychium Illustr.* à *procera scilicet & insigni formâ*, inquit ibi *Joannes Meursius* in *Notis*, ubi & hos *Homeri* versus citat. Hinc & adagium apud *Erasmum*; *Forma regia*. Et Parasitus apud *Plautum* (in *Mil.*) *Pyrgopolinicen* ait esse *formâ etiam regiâ*. Hinc versus ille notissimus à *Plutarcho* laudatus & *Porphyrio* in *Isag.* opinor ex *Euripide*; Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Sanè barbari olim vix alios imperio dignos existimabant, nisi quos eximiâ specie natura donavit. Et *Æthiopes* κατὰ μέγεθος διενέμοντο τὰς ἀρχὰς, ἢ κατὰ κάλλος. (*Aristot. Polit.* lib. 4. cap. 4.) viz. *formâ corporis animum æstimantes*, & *in speculo frontis imaginem cernentes ingenii*; ut eleganter *Carolus Paschalis* in *Legat.* cap. 8. quò & hunc *Homeri* locum adducit. *Alexander* apud *Curtium* de *Abdolonymo* regiâ quidem stirpe viro, licèt inope; *Corporis quidem habitus famæ generis non repugnat.* Xen. in *Conviv.* Ἡγήσατ' ἂν φύσει βασιλικόν τι κάλλος εἶναι. *Dionys. Hal.* lib. 2. *Rom. Antiqu.* Γένους τε γὰρ ἔφυ βασιλείου, μορφῆς τε ἀπέλαυσε βασιλικῆς, *Numa* scilicet. *Polyb.* lib. 4. de *Philippo Macedone*; Χάρις ἐπῆν αὐτῷ διαφέρουσα· πρὸς δὲ τούτοις ἐπίφασις βασιλικὴ καὶ δύναμις. *Insignis Regi forma est, dissimilisque cæteris tum magnitudine, tum nitore.* Sen. *De Clem.* de Rege apum. Citat porrò hunc *Homeri* locum *Themistius* Orat. 18.

11 [l] Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼ οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' οὕτω γεραρόν· βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν.
12 [m] Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.
13 [n] Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,
Οὐδ' ἀφαμαρτοεπής. ——
14 -- [o] Ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι.
15 [p] Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.
16 [q] Ζεὺς μέν που τό γε οἶδε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
Ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστί.

[m] Hoc versu mirificè delectatus *Alexander*, teste *Plutarcho* in ejus vita. Citant etiam *Xenophon* lib. 3. *Memorabilium*, & *Plutarchus* lib. 1. *De Placitis Philosophorum*: & *Juliani Imperatoris* tumulo inscriptum, autor est *Zosimus*, & *Cedrenus*. Et de *Basilio Macedone* usurpat *Constantinus Imperator* in *vita* ejusdem *Basilii*. Et alludit fortè *Sallustius*, ubi de *Catilina*; *Strenui*, inquit, *militis & boni imperatoris officium simul exsequebatur*. *Auson.* in *Heroum Epitaph.* de *Antilocho*; *Consiliis belloque bonus, quæ copula rara*. *Sallust.* de *Jugurtha*; *Quod difficillimum inprimis est, & prælio strenuus erat, & bonus consilio*. Tales & duo illi Heroes *Trojani*, *Æneas* & *Hector*, quos *Helenus* sic affatur infrà, *Il.* ζ'. Οὕνεκ' ἄριστοι Πᾶσαν ἐπ' ἰθύν ἐστε, μάχεσθαί τε φρονέειν τε. *Dionys. Hal.* lib. 1. de *Fauno*, *Aboriginum Rege*; Ἀνὴρ μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετός.

spicit nescio quis hisce versibus,
Εἰς σε καὶ ἀψιδίης ἐψιδίσατο βίβλος Ὁμήρου, Ὁπλοτέρων ἐνέπεσα μετήορα δήνεα φωτῶν· Incert. apud *Stobæum.* Ἥβη καὶ νεότης ἐπικουφίζει νόον ἀνδρὸς, Πολλῶν δ' ἐξαίρει θυμὸν ἐς ἀμπλακίην· *Theognis.* Τὸ νέον ἅπαν ὑψηλόν ἐστι καὶ θρασύ. *Metrodorus* apud *Stobæum.* Similis character ille adolescentis apud *Horatium De Arte Poet. Sublimis cupidúsque, & amata relinquere pernix.* ¶ Ὁπλότεροι, *Juniores*, ab ὅπλα, quia armis gerendis aptiores: quomodo & *Arab.* צבי *juvenis* (nî fallor) ab *Hebr.* צבא *exercitus.*

[i] *Athen.* lib. 5. & 13. *Lucianus* in *Dial.mort. M. Tyr.* Differt. 15. *S. Empiricus, Adversùs Mathem. Eustath. Ismen.* lib. 3. Respicit *Aristænetus*, lib. 1. epist. 2. Καὶ γέροντες θαυμάζουσιν ὡς οἱ παρ' Ὁμήρῳ δημογέροντες τὴν Ἑλένην. Οὐ νέμεσις τὸ γύναιον, &c.] *Zeuxis*, cùm *Helenam* pinxisset, --- *hos versus adjecit*, Οὐ νέμεσις Τρῶας,&c. *Val. Max.* lib. 3. cap. 7. Οὐ νέμεσις apud *Homerum*, idem quod apud *Atticos* πεζογράφους Οὐδεὶς φθόνος.

[k] *Aristot. Ethic.* l. 2. c. 9. Ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν. Ubi vel ad hunc locum alludit, vel ad illum alterum in *Il.* ν'. Δεῦτ' ἄγετ' Ἀργείην Ἑλένην, &c.

11 [f] *Pulchrum adeò ego haud-unquam-hactenus* alium *vidi oculis,*
Nec adeò venerabilem: regi enim similis-est.
12 *Pariter, & rex bonus, fortisque bellator.*
13 [g] *Pauca quidem* loquebatur, *sed valde argutè; quoniam non multiloquus* erat,
Neque in-verbis peccans.———
14 ---*Verba nivibus similia hybernis.*
15 [h] *Sol qui cuncta aspicis, & cuncta audis.*
16 *Jupiter utique hoc novit & immortales dii reliqui,*
Utri mors & vita terminus fato-destinatus sit.

[f] *Judic.* 8. 18. Erant formâ, quasi filii regis.
[g] *Prov.* 10. 19. In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.
[h] *Psal.* 19. 6. Nihil est absconditum à calore ejus (*Solis* sc.)

---

* Citat hoc hemistichium *Plinius*, *Epist.* lib. 1. & respicit *Cicero* lib. *De Claris Oratoribus. Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus; sed pauca loquentem.* Vide & *Quintilianum* lib. 12. cap. 10. Σιωπῇ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων· *Epict. Enchir.* cap. 32. *Soph.* apud *Stobæum.* Βραχεῖ λόγῳ καὶ πολλὰ περίκειται σοφά. Βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ σοφοῖς· *Pind. Pyth.* 9. Πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ· Idem *Pyth.* 1. Ὅστις ἐν βραχεῖ Πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς· *Euripid.* Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις· *Soph.* Μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις πολλά· *Pythag.* apud *Stobæum.* Λαῖτρεες κύκνος μικρὸς θρόος, ἢ κολοιῶν Κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις· *Anthol.* lib. 3. Huc pertinent proverbialia illa de breviloquentia: Λακωνίζειν· Χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ· *Magnum in parvo*; Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα· *Verbum sapienti*; Εὐώνυμον ἐς δίκαν τρία ἔπεα ἐξαρκέσει· (Pindar.) *Quicquid præcipies, esto brevis*; (*Horat.*) & similia. Sic *Phocionis* oratio πλεῖστον ἐν ἐλαχίστῃ λέξει νοῦν habuit. Unde & κοπίδα τῶν λόγων eum vocavit *Demosthenes. Plut.* in *Phoc.*

[o] Verba scilicet *Ulyssis.* Λόγοι πολλοὶ καὶ πυκνοί· *Schol.* Citat *Hermogenes* Περὶ ἰδεῶν, lib. 2. Δεινὸν ῥήτορα δεῖξαι βουλόμενος ὁ ποιητής, &c. *Quintilianus*, loco jam laudato; *Cui* (*Ulyssi* scilicet) *orationem nivibus hybernis & copiâ verborum atque impetu parem tribuit.* Quin & ibidem observat idem *Fabius* hoc stylo & exemplo *Ulyssis* ab *Homero* designari copiosum & grande & robustum dicendi genus, quod ἁδρὸν (& πλατὺ) vocant, ut & illo *Menelai*, breve & concisum & subtile, quod ἰσχνὸν (& γοργὸν) appellant *Rhetores.* Vide & *Majoragii* Præfat. in

in Ciceronis *Oratorem*. *Nicet. Chon.* Annal. *Man. Comn.* lib. 2. Νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι τὰ βέλη ἔπιπτον. Sed & in frigidam orationem (ψυχρολογίαν) *Ironicè* torqueri potest hic locus. Τὸ νιφάδεσσιν ἐοικέναι τοὺς λόγους δύναταί ποτε ϗ σκωπτικῶς ψυχρῷ ἐπιλέγεσθαι ῥήτορι· **Eustath**. Porrò συντόμως hæc παραβολὴ, quâ verba nivibus comparantur, suggessit mihi hoc hexastichon (quod ignoscat mihi lector)

Mens an vox hominis prægnans fœcundáque *nubes*,
A qua verba velut tot *meteora* fluunt.
Candida verba & crebra *nives* sunt; grandia *grando*,
Ore *Pericleo fulmina* jacta cadunt.
Sermo super teneras distillans molliter herbas,
Et * *ros* doctrinæ ceu *pluvialis* aquæ. * *Deut.* 32. 2.

p *Diod. Sic.* lib. 1. *Plin. Nat. Hist.* lib. 2. cap. 6. *Boeth.* lib. 5. *De Consol. Hesiod.* Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, ϗ πάντα νοήσας. (Quò allusum proculdubio in inscriptione *Chii* Numismatis, *Homeri* imagine signati, quam ex vetere Codice M. S. citat doctissimus *Leo Allatius*, lib. *De Patria Homeri*, Ὁ πάντα εἰπὼν, legerim potiùs, ut sit versus hexameter,

Πάντ' εἰπὼν ϗ πάντα νοήσας Χῖος Ὅμηρος)

Æschylus in *Prometheo V.* Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ. *Virg. Æn.* 4. *Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras. Quem, quia respicit omnia solus, Verum possis dicere solem*;

'Ι Λ. δ'.

1 a Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦθ' ὑποείξομεν ἀλλήλοισι,
Σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δ' ἐμοί. ---
2 b Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.
3 c Πᾶν δ' ἐν λειήνας χρυσέην ἐπέθηκε κορώνην.
4 d Εἴπερ γάρ τε ϗ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἔκ τε ϗ ὀψὲ τελεῖ' σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.
5 e Οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγός.
6 ——— f Κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν,
Ὄφρα ϗ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.
7 g Τοῖσιν δ' αὖ θάνατος ϗ κήδε' ὀπίσσω
Ἔσσετ', ἐπεὶ πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσαντο.
8 h Ἀλλ' οὔ πως ἅμα πάντα Θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι,
9 ——— i Κελεύσω
Βουλῇ ϗ μύθοισι· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων·
Αἰχμὰς δ' αἰχμάσσουσι νεώτεροι, οἵπερ ἐμεῖο

a Φιλικῆς ἀντιπαραχωρήσεως τὸ, "Ἀλλ' ἤτοι, &c. **Eustath.** *Mali inter malos vivimus: Una res nos facere potest quietos, mutua facilitatis conventio*, (hoc est, Ut mutuo faciles simus in ignoscendo) *Sen. De Ira*, lib. 3. Nihil ad pacem tranquillitatémque magis conducit, quàm mutua hominum inter se tolerantia & ἐπιείκεια & συγκατάβασις. *Scimus & hanc veniam petimúsque damúsque vicissim*; Hor. *De Arte Poet.*

b *Justin. Mart.* Parænet. *Plut.* Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. & videtur huc respicere *Belisarius* apud *Procopium* (*Vandal.* 1.) Μάχονται μὲν ἄνθρωποι, βραβεύει δὲ ὁ Θεὸς ὅπως ποτὲ αὐτῷ δοκεῖ, ϗ τὸ τοῦ πολέμου δίδωσι κράτος.

c Ἡ δὲ Ὁμηρικὴ χρυσῆ κορώνη ϗ εἰς παροιμίαν ἔπεσε· ϗ ὁ ἀγαθὸν τέλος τοῖς φθάσασιν ἐπιθεὶς χρυσέην ἐπιθεῖναι τῷ παντὶ κορώνην λέγεται· *Eustath.* in locum. Χρυσῆ ergò κορώνη est cùm *finis coronat opus*. ¶ Et quid si *Latinorum Corona* ab hoc *Græc.* κορώνη. Χρυσῷ βίῳ (fortè βίου) χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι· *Lucian. De morte Peregrini.*

d Ὥσπερ ϗ ἐπιορκήσασιν Ὅμηρος ἔφη συμβαίνειν σὺν πολλοῖς ϗ μεγάλοις ὕστερον ἐκτίνειν τὰς δίκας· *Aristid.* tom. 2. Or. 1. Περὶ συμμαχ. Χρόνια μὲν τὰ τῶν Θεῶν πως εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ· **Eurip.** in *Ione*. Idem alibi. Ἀλλὰ σιγᾷ ϗ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ. Quò respicere videtur

Valerius

Boethius, ubi suprà. *Valerius Flaccus* Solem vocat *omni-tuentem*, Et Ovidius *Mundi oculum*. *Solem Jovis oculum appellat antiquitas*; Macrob. *Saturn.* lib. 1. cap. 21. *Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt*; Plaut. *Capt.* Αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ παρόντος ἔσωθεν καὶ ἐφορῶντος πάντα καὶ ἐπακούοντος· (ipsissima Homeri verba) *Arrian. Epictet.* lib. 2. cap. 8. Εἰσορῶσι μὲν ταῦτα θεοὶ οἱ πάντα ὁρῶντες καὶ νῦν καὶ εἰς ἀεί· *Xen.* Ἑλλην. lib. 12. cap. 6. Ὦ πάντ' ἐφορῶν ὀφθαλμὲ τῆς δίκης ἀλάθητε· *Nicet. Chon.* Annal. *Man. Comnen.* lib. 3.

q Proverbialis locutio de re dubia & incerta, apud nos vulgò recepta, Θεὸς οἶδε, *Deus novit*. Cui simile illud *Doctoris gentium*; Οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδε. Tempore autem mortis nihil occultius nec incertius. Quis ergò priùs, quis posteriùs, quis citiùs, quis seriùs moriturus sit (præsertim in bello, cujus tam anceps alea) nemo scit: solus ille novit, qui omnia; Deus scilicet omniscius, ὁ παντεπίσκοπος. Ὁ γάρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα, Μοῖράν τ' ἀμμορίην τε καταθνητῶν ἀνθρώπων· ut Poeta alibi. Ταῦτα μὲν ἀθανάτων ἐνὶ γούνασιν ἐστήκει, Ὅς τε θάνῃ καὶ ζῆν ὑπέρβιον, ἠὲ σαωθῇ· Q. *Calab.* Τέλος θανάτοιο] περιφραστικῶς pro θάνατος (ὅς ἐστι τέλος scilicet τῆς ζωῆς) quod alibi dicitur βιότοιο τελευτή· Citat porrò hos versus *Plutarchus*, *Sympos.* lib. 9. cap. 13.

IL. 4.

1 a *VErùm enimverò in-his cedemus invicem,*
Et ego tibi, & tu mihi. ---
2 b *Jupiter, qui hominibus arbiter belli est.*
3 *Totum cùm bene expolivisset, aureum imposuit apicem.*
4 c *Nam-etsi non protinus Cœlicola perfecerit,*
At tandem aliquando perficiet, & magno luent (improbi)
5 d *Non enim in mendaciis pater Jupiter erit auxiliator.*
6 ——— *Timidos* & imbelles *in medium coegit,*
Ut vel invitus quis præ-necessitate pugnaret.
7 ——— *Illis utique mors, & ærumnæ in-posterum*
Erunt, quoniam priores fœdera violârunt.
8 *Sed nequaquam simul omnia Dii dederunt hominibus.*
9 ——— ——— e *Hortabor* ego alios
Consilio, & verbis, hoc enim munus est senum:
Hastas autem tractabunt juniores, qui me

a *Eccles* 10. 4. Concessio (mutua) faciet cessare peccata maxima. b 1 *Sam.* 17. 47. Non in gladio, nec in hasta salvat Dominus; ipsius enim est bellum. *Prov.* 21. 31. Equus paratur ad diem belli; sed salus est à Domino. *Deus dicitur* Dominus exercituum *passim in sacra Scriptura.* c *Habac.* 2. 3. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit. *Luc.* 18. 7, 8. Deus non vindicabit electos suos ---quamvis lentè ad vindicandum ipsos procedat? Imó: statim eos vindicabit. d *Prov.* 19. 9. Qui loquitur mendacia peribit. e *Job.* 32. 7. Provecti ætate loquentur, & annosi docebunt sapientiam.

Occumbit pariter & desidiosus homo, & qui multa præstitit.
15 [n] *Nec quid mihi ampliùs-superest, postquam toleravi ærumnas*
[o] *Semper animam meam periculis-exponens in-pugnando. (animo.*
16 *Quemadmodum verò avis implumibus pullis affert*
Escam, quamprimum ceperit; malè autem ei est ipsi.

[g] *Prov.* 16. 32. Præstantior est, qui animo suo imperat, quàm qui urbem capit. [h] *Prov.* 17. 14. Desiste à lite, priusquam immisceat se. [i] *Psal.* 37. 8. Desine ab ira, & derelinque furorem. [k] *Job.* 13. 5. Utinam taceretis. [l] *Psal.* 55. 21. Blanda verba ejus, & mollia ut butyrum: sed bellum in animo. *Psal.* 119. 163. Falsitatem odi & abominor. [m] *Eccles.* 9. 2. Universa æquè eveniunt justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & sacrificia contemnenti; sicut bonus, sic & peccator. [n] *Job* 35. 3. Dixisti, Quid profuturum est mihi? aut quid proficerem supplicio meo? *Psal.* 73. 13. Frustrà mundavi cor meum. *Eccles.* 6. 8. Quid ampliùs sapienti quam stulto? [o] *Judic.* 12. 3. Posui animam meam in manibus meis.

ἐπὶ σκώμματι τῶν πολυλογούντων παραλαμβάνει λαλιστέρους τεττίγων χαλκῶν.

[n] Laudat *Plato*, *Hipp.* & *Philostratus*, *Vit. Sophist.* in *Polemone*, & *Eunapius*, *Eclog. Legat.* & alludit proculdubio *Phocylides*, Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων· Ὁμῶς αἰ-

δεῖο

ᾅδαο πύλῃσιν· Perinde ac inferni portæ. Proverbialis locutio, quâ denotatur scil. odium plusquam *Vatinianum*. *Invisus ut Orci portæ*; Chiliast. Πύλαι ᾅδου phrasis est, quæ occurrit non tantùm apud scriptores *Ethnicos*, *Euripidem*, *Plutarchum*, *Lucianum* & alios (quos citat incomparabilis *Grotius* ad illud *Evangelistæ*, Πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.) sed etiam in *sacro codice*, ut Esai. 38. שערי שאול ubi LXX habent πύλαις ᾅδου. Et sic in N.F. loco jam laudato. Et videtur sanè ex *Oriente* ad *Homerum Græcós*que fluxisse. Ὅς χ' ἕτερον, &c.] Τί μεῖζον ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ἀδίκημα κατ' ἀνδρὸς ῥήτορος, εἰ μὴ ταὐτὰ καὶ φρονεῖ καὶ λέγει; *Demosth.* pro *corona*. *Solet aliud sentire, aliud loqui*. Cic. de *Pompeio*, alicubi in *Epistolis*. *Turpe est aliud loqui, aliud sentire*. Sen. *epist.* 24. *Moschus* de *Cupidine*, Οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται· ὡς μέλι φωνά. Huc spectant versus illi rhythmici, *Mel in ore, verba lactis; Fel in corde, fraus in factis*: & Adagia illa apud *Erasmum*, *Aliud in titulo, aliud in pyxide*; *Aliud in ore, aliud in corde*. Hunc porrò versum sic expressit *Sallustius*, Conjur. Catil. *Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere*. Νοεῖ μὲν ἕτερα, ἕτερα δὲ γλώττῃ φθέγγεται· *Plato Comicus* in *excerpt. Grot.* Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποβλέφειν τὴν χολὴν, ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα, &c. *Lucian.* lib. *De non temerè credendo calumniæ*. Διά τε γλώττης προΐετο, ὅσα μὴ ἔφερεν ἐπὶ γνώμης· *Herodian*. lib. 2. de *Severo*. Hanc artem optimè callebat *Tiberius*, *egregius ille simulandi dissimulandique artifex*; cujus insigne specimen edidit in fœdo illo ἀκκισμῷ, fictâque recusatione imperii apud *Tacitum*, *Annal.* 1.

[q] Στασιάζουσιν οἱ χαρίεντες περὶ τῶν τιμῶν, ἐὰν ἴσαι· ὅθεν καὶ Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ, &c. *Arist. Pol.* lib. 2. cap. 5. *Antisthenes* apud *Diogenem Laertium*, Τότ' ἔφη τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, ὅταν μὴ

17 [r] Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι; ἐπεὶ ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων
Τὴν αὐτοῦ φιλέει καὶ κήδεται.—
18 [s] Ἐκ γάρ δή μ' ἀπάτησε, καὶ ἤλιτεν· οὐδ' ἂν ἔτ' αὖτις
Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν· ἅλις δέ οἱ· ἀλλὰ ἕκηλος
Ἐρρέτω.——
19 [t] Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα· (τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ)
Οὐδ' εἴ μοι δεκάκις τε καὶ εἰκοσάκις τόσα δοίη,
Ὅσσα τέ οἱ νῦν ἐστι, καὶ εἴ ποθεν ἄλλα γένοιτο,
Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε,
Οὐδέ κεν ὧς ἔτι θυμὸν ἐμὸν πείσει' Ἀγαμέμνων.
20 [u] Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν
Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον
Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν·
Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ.

[r] Expressit *Virgilius*, Æn. 9. *Nec solos tangit Atridas Iste dolor*. Et allegat *Ulpianus*, in *Pandect.* ad legem *Juliam De Adulteriis*, apud *Budæum* & *Alciatum* ibidem. Et adagii loco habet *Erasmus*, *Non soli Atridæ amant uxores*, pro eo, quod dicitur, *Sua cuique dolet injuria*. Et fortè huc spectat illud *Pindari*, *Nem.* 1. Τὸ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς.

[s] *Ictus Piscator sapit*. Ἁλιεὺς πληγεὶς νόον οἴσει· *Soph.* apud *Stobæum*. *Ubi quis semel pejerârit, ei credi posteà, etiamsi per plures juret Deos, non convenit*. Cic. pro Rabir. *Nec semel irrisus triviis attollere curat Fracto crure planum*; Horat. lib. 1. epist. 17. *Quicunque turpi fraude semel innotuit, Etiamsi verum dicit, amittit fidem*. Phædr. *fab.* 10. Et notum illud monitum prudentissimi senis apud *Livium*, (lib. 28.) *Satis sit semel creditum: non semper temeritas est felix: fraus fidem in parvis sibi præstruit; ut, cùm operæ-pretium sit, cum mercede magna fallat*. Quin et proverbium hinc excudit *Chiliastes*; *Cavendum ab eo, qui semel imposuit*. Hinc est, quòd juvenes

δυώωνται τοὺς φαύλους ὑπὸ τῶν σπουδαίων διακρίνειν· hoc est, quando Ἐν ἰῇ τιμῇ, &c. Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἄτιμος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου· Ἐν δ' ἰῇ τιμῇ Ἶρος, κρείων τ' Ἀγαμέμνων. *Lucian. Contempl.* Citat etiam *Plinius*, lib. 8. *epist.* 3. item *Lucianus* in *Demonact.* & *Origenes* contra *Celsum*, lib. 3. de Deo loquens. Παρ' ᾧ οὐκ ἔστιν Ἐν δ' ἰῇ τιμῇ. &c. Οὐδὲ Κάτθαν' ὁμῶς, &c. Ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου, καὶ ὅμοιοι ἅπαντες· *Lucian.* Mort. Dial. *Omnes una manet nox.* Et, *Nullum sæva caput Proserpina fugit.* Horat. *Carm.* lib. 1. *Æquat omnes cinis: impares nascimur, pares morimur.* Sen. *epist.* 91.

p Ψυχὴν παραβαλλόμενος] *Animásque in aperta pericula mittunt;* Virg. *Æn.* 9. Ψυχὴν παραβάλλεσθαι, est *vitam projicere*, seu *exponere periculis*: ¶ Hinc παράβολος, ὁ κινδύνοις ἑαυτὸν παραβαλλόμενος, & παράβολον πρᾶγμα τὸ κεκινδυνευμένον (*Eustath.*) Latinè etiam *parabolus*, unde etiam *parabolani*, & verbum *parabolari*, & παραβολεύεσθαι in N. F. pro quo παραβουλεύεσθαι perperàm legitur in vulgatis exemplaribus. Vide *Criticos* sacros. Ὃ σὺ πολλάκις τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δορί· *Soph. Ajace*, ad quem locum illustrandum *Scholiastes* affert hunc versum *Homericum*.

q Ἡ περὶ τὰ ἔγγονα φιλοστοργία καὶ τὰ πολεμικὰ δειλὰ ποιεῖ, καὶ φιλόπονα τὰ ῥάθυμα, καὶ φειδωλὰ τὰ γαστρίμαργα, καὶ ὥσπερ ἡ Ὁμηρικὴ ὄρνις προσφέρουσα τοῖς νεοσσοῖς μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, &c. *Plut.* Περὶ φιλοστοργίας. Idem alibi hunc locum citat, & aliorsum accommodat, libro *De Profect. Virtut.* Τὴν φιλοστοργίαν ἐνδεικνύμενος τὸ τῆς ὄρνιθος ὑπόδειγμα τέθεικεν· *Theophylactus*, in *Matthæi* cap. 23. ¶ Μάσταξ, (à *μασάομαι, comedo, manduco*) est & τροφὴ, & στόμα, & id *quod* manducatur, scilicet *cibus*, & id *quo* manducatur, scilicet *os*. *Poeta* Od. δ'. Ἐπὶ μάστακα χερσὶ πιέζε.

17 *An soli inter homines diligunt uxores*
Atridæ? nimirum quisquis bonus & prudens est
p *Suam ipsius* uxorem *amat & curat.* ---
18 *Nam jam me* semel *decepit & offendit; neque ampliùs rursum*
Fallet verbis; sat autem id *ipsi* fuerit: *verùm quietus*
Abeat-in-malam-rem. ---
19 q *Invisa mihi ejus dona; (æstimo autem eum mancipii in loco)*
Neque si mihi decies & vicies tot dona *daret,*
Quot ei nunc sunt, & si alicunde alia accederent,
Neque si mihi tot daret, quot arenæ pulverisque grana,
Nè sic quidem animum meum placabit Agamemnon.
20 r *Nihil enim mihi tanti-est ac anima & vita, nè ea quidem*
Ilium habuisse fortunatam urbem *(opes, quas aiunt*
Antehac tempore-pacis, priusquam appulissent filii Achivorum:
Nec ea, quas lapideum solum jaculatoris intùs continet
Phœbi Apollinis Pytho in saxosa.

p *Col.* 3. 19. Viri diligite uxores vestras.

q *Prov.* 6. 35. Non habet rationem ullius redemptionis, nec accipiet dona plurima.

r *Job* 2. 4. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. *Matth.* 16. 26. Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit quispiam compensationem animæ suæ?

---

juvenes facilè falluntur, notante *Philosopho*; quia raro, aut nunquam, adhuc falsi fuere. Εὐεξαπάτητοι οἱ νέοι καὶ εὔπιστοι διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἐξηπατῆσθαι, καὶ εὐέλπιδες· *Aristot. Rhet.* lib. 2. Hinc proverbialiter dicunt *Itali*, *Si quis semel me fefellit, culpa ejus; sin iterū, culpa est mea.*

r Hinc

t Hinc expressum illud *Sophoclis* in *Ajace* (observante etiam *Hen. Stephano* in *Dissertatione De Sophoclea imitatione Homeri*) quod & Proverbii loco passim jactatur, Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' ἐκ ὀνήσιμα. Nec dissimile id quod habet *Euripides* in *Medea*, Κακȣ̃ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν ἐκ ἔχει & *Oppianus*, *Hal.* 3. Δῶρα λαβὼν δύσδωρα. Fortè & huc respexit *Virgilius*; *Ulla putatis Dona carere dolis Danaum?* --*Timeo Danaos & dona ferentes.* Sidon. Apoll. lib. 5. *epist.* 13. *Mihi latronis & beneficia suspecta sunt.* Notum & illud *Epigramma* ex *Anthologia*; Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας Ζωςῆρ'· ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατον. Alterum etiam est Adagium in hoc versiculo, Ἐν καρὸς αἴσῃ, quod tamen crucem fixit *Grammaticis*, variéque exponitur. Alii *Caris* loco, id est, ἐν μισθωτȣ̃ τάξει, *mercenarii* seu *mancipii loco*; quia scilicet *Cares* vilis & servilis & mercenaria gens, unde Proverbium apud *Platonem Lachet.* & *Euthydemo*, Ἐν Καρὶ ὁ κίνδυνος. *Auson.* Monosyll. Histor. *Fallaces Ligures, nullo situs in pretio Car.* ad quem locum illustrandum hoc *Homeri* hemistichium adducit *Josephus Scaliger*, *Auson. Lect.* lib. 1. cap. 19. Ἐν Καρὸς αἴσῃ πεπάξονται· *Nicet. Chon.* (sedulus *Homeri* imitator) *Annal. Alex. Duc.* Alii Ἐν θανάτȣ μοίρᾳ, à κὴρ --ρὸς (η in α mutando) quasi diceret, *Odi eum instar mortis*, juxta illud Ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν, & Μελαίνῃ κηρὶ ἐοικὼς· utrumque apud nostrum. Ità *Hesychius*; Ἐν καρὸς αἴσῃ· ἐν θανατηφόρῳ μοίρᾳ· & iterum, Ἐν καρὸς αἴσῃ· ἐν κηρὸς μοίρᾳ. Alii denique conjunctim legunt ἐγκάρος, & exponunt vel pediculum, vel cerebrum: (quasi ἔγκαρ, --ρος, idem sit quod ἐγκέφαλος· sanè ὁ ἔγκαρος, --ȣ, pro ἐγκέφαλος occurrit apud *Lycophronem*) sic *Plutarchus* in *Sympos.* Vide *Eustathium*, & *Erasmum* in Adagio, *Caris loco habere.* Et quidem obtinuit ferè ea sententia, quæ hoc nomen habet pro Gentili (etsi repugnat quantitas syllabæ: Κᾶρες enim primam circumflectit, adeóque producit, *Il.* κ'. Corripit tamen *Theocritus*, *Idyll.* 17. Φιλοπολέμοις τε Κάρεσσι.) *Synesius* in epistola quadam, Ἐν Καρὸς μοίρᾳ κ) ἄτιμος. Et certè *Cares* olim pessimè audiebant tanquam perditissima gens, & bipedum nequissimi: unde illud poetæ nescio cujus, Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι, Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέςατοι. Notum proverbium, Τρία Κάππα κάκιςα· Κρῆτες, Κίλικες, Καππαδόκαι. Ecce autem quartum jam K. Κᾶρες! ut sic fiat nebulonum quadriga. Ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε] Proverbialis locutio, & hyperbole de ingenti copia seu numero infinito, etiam in Sacris literis usitata: *Sicut arena, quæ est in litore maris*; Gen. 22. & alibi sæpe. Hinc ψαμμοκόσια & ψαμμοκοσιογάργαρα apud *Aristophanem*, & ὅσα κόνις, innumera, ceu grana pulveris, & arenarum numerum superantia. Noster in *Catalogo*, Λίλω γὰρ φύλλοισιν ἐοικότες, ἢ ψαμάθοισι. Sic *Callimachus*, in *Hymno* quodam, ςρατὸν dixit ψαμάθῳ ἶσον. Notum & illud ex Oraculo de Omniscientia divina; Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμȣ τ' ἀριθμὸν κ) μέτρα θαλάσσης. Sed infinitus essem, si hujusce Phraseωs accumularem exempla, quæ passim exstant apud Autores, Ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Citat verò hunc versum *Aristoteles*, *Rhet.* lib. 3. cap. 11. ubi de Hyperbolis; & *Theocriti* Scholiastes, *Idyll.* 9. haud paulò aliter quàm hodie legitur, Ὀυδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμμοι ὄνειροι.

u Aurea planè sententia, & divinis literis apprimè consentanea, de inæstimabili pretio & valore animæ, vel etiam vitæ; (nam & ψυχὴ pro ζωὴ sæpiùs ponitur) Ψυχῆς γὰρ ἐδὲν ἐςι τιμιώτερον· *Eurip.* Ψυχὴ δ', ὡς εἴπομεν, ἀληθεία γ' ἐςὶ πᾶσι τιμιώτατον· *Plat. De Leg.* l. 5. Ὀυ γάρ τι ψυχῆς πέλει ἀνδράσι φίλτερον ἄλλο· Q. *Calab.* lib. 13. Ἐςιν ἀνθρώποις ψυχὴ πάντων σεμνότερον· *Heliodor.* lib. 5. *Nihil est miseris mortalibus spiritu charius*; Q. Curt. lib. 6. Et meritò invertere liceat dicta illa de opibus & pecuniis, Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι, (*Hesiod.*) Τ' ἀργύριόν ἐςιν αἷμα κ) ψυχὴ βροτοῖς, (*Timocles* apud *Stobæum*) ità viz. ut ψυχὴ in his propositionibus non prædicatum fiat, sed subjectum. Anima quippe seu vita miseris mortalibus est aurum, & argentum, & opes, & facultates & omnia; imò supra omnia: quâ semel amissâ aut sublatâ, quid prosunt opes utriusque *Indiæ*, aut *Arabum* gazæ, aut infinita denique auri & argenti talenta? Anima *scilicet*, ut *virtus, fulvo pretiosior auro.* Et hoc sensu usurpaverim

paverim illud Regis *Sodomorum*, (quæ etiam videtur esse vox ipsius Dei; imò & Diaboli: uterque enim est *animarum* appetentissimus) *Da mihi, quæso*, animas; *cætera sume tibi*. Sed næ, ego profectò frustrà sim, si vel unius animulæ pretium exprimere coner; cujus inæstimabilis valor & dignitas non aliunde meliùs percipi nec dignosci potest, quàm ex infinito illo redemptionis pretio (ἀπερείσι' ἄποινα diceret *Homerus*) pro ea dato, pretiosissimo, inquam, sanguine filii Dei pro ea effuso. Præclara inprimis est illa observatio *Chrysostomi* in *Matthæum*; Πάντα διπλᾶ δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, δύο ὀφθαλμὲς, δύο ὦτα, &c. ψυχὴν δὲ μίαν· ἂν ταύτην ἀπολέσωμεν, μετὰ τίνος ἐπι βιώσομεθα; *Nil. Parænet.* Πάντα μὲν φθαρτά· ἡ ψυχὴ δὲ ἀθάνατος· προτίμαε τοίνυν τὰ ἄφθαρτα τῶν φθαρτῶν *Nov Macar. Homil.* 16. Τίμιόν τι σκεῦός ἐστιν ἡ ἀθάνατος ψυχή. Λάϊνος ὀδὸς] *Lapideum pavimentum*. Λιθόστρωτος· *Joan.* 19 31. quod *lapidi-pavium* vertit *Castellio*, novo & insolenti vocabulo. Ἀφήτορος] ¶ Ἀφήτωρ ab ἀφίημι, Epitheton *Apollinis*, *jaculator*, *sagittarius*; unde & Ἥϊος dicitur, Ἥϊε Φοῖβε, (*Il.* ρ'.) id est, Τοξικέ, (παρὰ τὴν τῶν βελῶν ἄφεσιν· *Scholiast.*) & ἑκηβόλος & ἑκατηβελέτης. Sed & aliam hujus nominis rationem tradit *Eustathius*. Ἀφήτωρ ὁ Ἀπόλλων, οἱονεὶ ὁμοφήτωρ, ὁ πᾶσι διδὰς τὰς ὀμφάς· vel (ut *Phavorinus*) ὁμοίως πᾶσι προφητεύων, καὶ μαντευόμενος, τουτέστι πένητι καὶ πλουσίῳ· (quanquam & olim Φιλιππίζειν dicebatur) ἢ τοξικὸς, &c. *Hesychius*, pro suo more, rotundè & eruditè; Ἀφήτορος· Προφητεύοντος, ἢ τοῦ τοξότου. Aliter exponitur hæc vox apud *Strabonem*, lib. 9. (ubi & hunc *Homeri* locum citat) Ἔνιοι δὲ τὸν ἀφήτορα δεξάμενοι λέγεσθαι θησαυρὸν, ἀφήτορος δὲ ὀδὸν, τὸν κατὰ γῆς θησαυρισμὸν ἐν τῷ ναῷ κατορύχθαί φασι τὸν πλοῦτον, &c. Quasi id scil. hoc in loco voluerit *Homerus*, thesauros in terra sub solo seu pavimento templi defossos: cùm ὀδὸς hìc (ni fallor) nihil aliud sit quàm ναὸς, adeóque Synecdochicè pro toto Templo ponatur. Πυθοῖ] Pytho & Python, quæ postea *Delphi*, urbs *Phocidis*, *Apollinis* oraculo clara; unde *Apollo Pythius*, & sacerdos *Pythia*, & spiritus divinatorius *Python*; in Πραξαποστόλῳ, Πνεῦμα Πύθωνος, hoc est, *Apollinis Pythii*, vel potiùs *Diaboli*, veteris illius serpentis, qui oraculo illo famigeratissimo gentes decipiebat. Unde *Pythius* & *Python*, non à Πύθεσθαι, nec πυθέσθαι, ut nugantur *Græci Grammatici*; sed ab *Hebræo* פָּתַן *serpens*, utì & ὄφις ab אוֹב *Python*. Vide Clarissimum *Heinsium* in *Dissertatione Critica*. Hinc fabula illa de *Pythone* ab *Apolline* interfecto, & serpens *Apollini* sacer, quasi οἰωνιστικός. *Hesych.* Οἰωνὸς ὄφις· quia scilicet ὄφις εἰς οἰωνισμὸς seu μαντείας χρήσιμος. Erat autem Templum *Pythii Apollinis* usque ad miraculum & proverbium dives & opulentum, infinitis adeò anathematis & donariis ornatum ac repletum. Hinc Πυθῶνα πολύχρυσον vocat *Sophocles*, in *Oed. Tyr.* & πολυχρήματον *Strabo*, lib. 9. *Callimachus Hymn.* in *Apoll.* Πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων, Καί τε πολυκτέανος, Πυθῶνί κε τεκμήραιο· ubi *Scholiastes* hunc *Homeri* locum adducit. Vide & *Ælianum*, *Var. Hist.* lib. 6. cap. 9. Hinc & *Timon* apud *Lucianum* in vastam auri & thesauri vim incidens admirabundus exclamat, Ὦ Μίδα, καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα! *Strab. Geogr.* lib. 9. Πρότερον δὲ πολυχρήματον ἦν τὸ ἱερὸν (τὸ ἐν Δελφοῖς scil.) καθάπερ Ὅμηρός τε εἴρηκεν, Οὐδ᾽ ὅσα λάϊνος ὀδὸς, &c. De opulentia porrò templi *Delphici* vide præter alios *Herodotum* in *Clio*, *Diodorum Siculum*, *Biblioth.* lib. 17. *Pausaniam* in *Phocicis*. Quàm insigniter porrò opulentum, quot & quantis thesauris onustum, quàm pretiosis denique cimeliis, donariis, & anathematis refertum & locupletatum fuerit hoc *Apollinis Pythii* seu *Delphici* Templum, id inprimis argumento est; quòd cùm *Phocenses*, *Onomarcho* & *Phayllo* ducibus, hoc fanum diriperent ac spoliarent, pecunias ad decem mille talentûm & suprà exinde conflaverint: teste *Diodoro Siculo*, *Biblioth.* lib. 16. Famosi autem hujus sacrilegii, ex quo *bellum Phocicum* seu *sacrum* exarsit, crebra mentio apud Autores. Vide *Strabonem*, *Geogr.* lib. 9. *Diodorum Siculum* ubi suprà, *Pausaniam* in *Phocicis*; (ut plures alios omittam) quorum singuli hunc *Homeri* locum laudant.

21 ˣ Ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες, καὶ ἴφια μῆλα,
Κτητοὶ δὲ τρίποδές τε, καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα,
Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστὴ,
Οὔθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.
22 ʸ —Ἀγοραὶ, ὅθι τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι.
23 ᶻ Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.
24 ᵃ Καί με φίλησ', ὡσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ
Μοῦνον τηλύγετον.—— ——
25 —ᵇ Δάμασον θυμὸν μέγαν, οὐδέ τί σε χρὴ
Νηλεὲς ἦτορ ἔχειν· στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ,
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε βίη τε·
Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅ-τε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.
26 ᶜ Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ,
Αἵ ῥά τε καὶ μετόπισθ' Ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι·
Ἡ δ' Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας
Πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν
Βλάπτουσ' ἀνθρώπους, αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω.
Ὃς μέν τ' αἰδέσεται κούρας Διὸς ἆσσον ἰούσας,
Τόν-δε μέγ' ὤνησαν, καί τ' ἔκλυον εὐξαμένοιο·
Ὃς δέ κ' ἀνήνηται, καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,
Λίσσονται δ' ἄρα ταίγε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι
Τῷ Ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ.

ˣ Pellem pro pelle (*Job* 2.) vel *pellem super pellem*, δέρμα ὑπὲρ δέρματος (juxta *Græcos* Interpretes,) hoc est, Omnes pelles omnium pecudum suarum & animantium, βόας, καὶ ἴφια μῆλα, καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα dabit homo pro vita sua redimenda. Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ, &c.] *Maximus Tyrius Dissert.* 12. hunc locum sic παρῴδηκεν, Ἀνδρὸς δὲ ἀρετὴ πάλιν ἐλθεῖν, οὔτε λεϊστὴ, Οὔθ' ἑλετή. Et citat *Plutarchus*, lib. Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως, &c. *Nescit vox missa reverti.* Nescítque anima acta reverti. *Eurip. Herc. fur.* Καὶ τίς θανόντων ἦλθεν ἐξ ᾅδου; Id. *Alcest.* Οὐκ ἔστι τοὺς θανόντας ἐς φάος μολεῖν. *Sed revocare gradum*, &c. *Virg. Illuc, unde negant redire quenquam*; Catull. Οὐ θέμις ἀνελθεῖν τινα τὴν λίμνην διαπλεύσαντων· *Lucian. Mort. Dialog.* Ἅπαξ ἄνθρωποι γεγόναμεν, δὶς δὲ οὐκ ἔστι γενέσθαι· *Plut.* ubi suprá. *Gradúmque retrò flectere haud unquam sinunt Umbræ tenaces*; Sen. *Hippol.* Nempe hìc inprimis obtinet celebre illud scitum in *Scholis Logicis*, *A privatione ad habitum*, &c. Vide tamen apud *Plinium* (*Nat. Hist.* lib. 7. cap. 52.) exempla quorundam παλιμβίων, qui post mortem scilicet revixerunt, & quorum animæ πάλιν ἦλθον, & velut è postliminio redîerunt in corpora. Insigne præ aliis illud exemplum est *Hermotimi* cujusdam *Clazomenii*; cujus anima, relicto corpore, hùc illùc vagari solebat, & subinde in corpus regredi, donec nonnulli *eo cremato remeanti animæ velut vaginam ademerunt*. *Credat Judæus*. Quid? quòd *Apion Grammaticus*, *cymbalum mundi* dictus, (κύμβαλον verè ἀλαζόνον) ipsius *Homeri* animam, si Diis *Manibus* placet, ab inferis revocare voluit, ut de patria ejus & parentibus inquireret, certiórque fieret. Testis inter alios *Plinius*, lib. 30. cap. 2. At verò Ἀναβεβιωκέναι τὸν Ὅμηρον, *Homerum* revixisse, nè *Alexander* quidem ipse unquam à fatis impetraverit, quantumvis id ei vel maximè, & supra alia omnia in votis fuerit; si *Plutarcho* fides in *Vita Alexandri*. Ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμ. ἕρκ. ὀδ.] Ἄδηλα τὰ ἀνθρώπινα, ἕως ἂν ἑκάστῳ ἡ ψυχὴ εἴσω τοῦ τῶν ὀδόντων ἕρκους ᾖ· *Ælian.* qui procul dubio hunc *Homeri* locum

21 *Prædabiles enim boves, & pingues oves,*
Parabiles item tripodes, & equorum flava capita,
[s] *Viri autem anima nec prædando capi* *(dentium.*
Nec iterum *acquiri poterit, postquam semel transierit septum*
22 *Conciones, ubi viri egregii versantur.*
23 [t] *Sermonúmque elocutorem esse* oportet *factorémq; operum.*
24 [u] *Et me amavit, ut pater suum filium amaverit*
Unicum, extremâ-ætate natum, & quem in senectute genuit.
25 *Doma animum magnum; neque* enim *te oportet*
Immite cor habere; flexibiles sunt & Dii ipsi,
Quorum etiam major virtus, honor, potentiáque;
[x] *Et tamen eos sacrificiis & votis placidis,*
Libamine nidoréque placant homines
Supplicantes, cùm quis transgressus-fuerit & peccârit.
26 [y] *Etenim Preces sunt Jovis filiæ magni,*
Claudæque rugosæque strabaque oculis,
Quæ & post Noxam venientes rem *curant* ac restituunt;
Noxa autem valida & pedibus integra; ideò cunctas
Longè præcurrit, & antevertit totam per terram
Lædens homines: sed hæ medentur postmodò.
Qui utique reverebitur filias Jovis propiùs accedentes,
Illum valde juvant, & exaudiunt precantem:
Qui autem renuerit, & duriùs recusârit,
Precantur tum hæ Jovem Saturnium profectæ,
Eum ut Noxa simul sequatur, quò læsus pœnas luat.

[s] 1 *Sam.* 14 14. Quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. *Job.* 14. 12, 14. Homo cùm dormierit, non resurget. ---Putásne mortuus homo rursum vivat! [t] *Matth.* 7. 21. Non omnis, qui dicit Domine, &c. sed qui facit voluntatem, &c. *Matth.* 23 3. Dicunt, sed non faciunt. 2 *Cor.* 10. 11. Quales sumus verbo absentes, tales & præsentes in facto. [u] *Gen.* 22. 2. Tolle nunc filium tuum, unicum illum tuum, quem unicè amas. *Gen.* 37. 3. Diligebat Josephum super omnes filios, eò quòd in senectute genuisset eum. *Prov.* 4. 3. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea. [x] *Gen.* 8. 21. Et obtulit (*Noachus*) holocausta super altare, odoratúsque est Dominus odorem suavitatis. *Job* 1. 5. Offerebat holocausta: ---dicebat enim, Nè fortè peccaverint filii mei. [y] 1 *Reg.* 8. 38, 39. Omnis plaga, universa infirmitas ---quæ acciderit omni homini --- Siquis expanderit manus suas - - tu exaudies, &c.

---

locum respicit, non verò illum alterum, (quod sensit *Henricus Stephanus* in voce ἕρκος). Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων· nihil enim ibi de anima. Porrò anima jam è corpore evolatura dicitur *supremis labris insidere*, quia videtur scilicet cum supremo spiritu exhalari. *Plato Comicus* apud *Agellium*, lib. 19. cap. 11. Τὰν ψυχὰν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον. *Sen.* epist. 30. *Non dubitare se, quin senilis anima in supremis labris esset. Lucilius* apud *Nonium*: *Eduxique ollis animam in primoribus labris. Eustath. Ismen.* lib. 7. Μή μοι τῶν ὀδόντων ἕρκος ἐκφύγῃς ψυχή.

[y] Citant *Plutarchus* in *Præceptis Politicis; Simplicius*, in *Epictet.* cap. 31. *Aristides*, tom. 3. or. 4. Rhetori. Hinc & ἀγορὴν κυδιάνειραν (æquè

(æquè ac μάχλω) vocat noster, Il. α'.

[z] (itat Plutarchus, lib. An seni geren la Resp. & in Præceptis Politicis; Dio Chrysostomus, or. 2. De Regno; Cicero, lib. 3. De Oratore; Aristides ubi suprà; Synesius Dione. Idem porrò debet esse & μύθων ῥητῆρ, & πρηκτῆρ ἔργων· nam alioqui Vox, & præterea nihil. Lingua sine manu, dictum sine facto, est velut umbra sine corpore; Est enim Λόγος ἔργου σκιή· ut (ni fallor) dixit Democritus: & Ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν· Demosth. Qualis viz. fuit eorum sermo, qui barbâ & pallio tantùm philosophos agerent, quos Epictetus olim philosophos esse dixit Ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν. Eum eligas magistrum, quem magis admireris cùm videas, quàm cùm audias; (Sen.) nam Segniùs irritant animos demissa per aures, &c. Horat.

[a] Duo sunt, quæ filium patri chariorem reddunt: primò, si μοῦνος sit, hoc est, unigenitus (unde ἀγαπητὸς exponitur μονογενὴς ab Hesychio & aliis.) secundò, si τηλύγετος, hoc est, filius senectutis, בן־זקנים ut loquuntur Hebræi; ὁ τηλοῦ τῆς ἡλικίας τοῖς γονεῦσι γεγονὼς ἐπὶ γήρᾳ· Hesych. Quanquam & alii aliter hanc vocem interpretantur. Apoll. Argon. 1. Τηλυγέτης ἀδῖνι μὴ τέκεν· ubi Scholiastes; Τηλυγέτης νῦν ἀντὶ τοῦ ἀγαπητοῦ, Ὅμηρος δὲ τοὺς ἐν γήρᾳ γεννωμένους. Plut. περὶ Πολυφιλ. Ὅμηρος ἀγαπητὸν υἱὸν ὀνομάζει μοῦνον τηλύγετον, τουτέστι μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι, μήτε ἕξουσι γεγεννημένον.

[b] Nazianz. Epist. 117. Ἀλλ' Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν. Idem & Carmine 51. huc alludere videtur, Ἀλλὰ πάτερ, δάμασον δεινὸν χόλον· Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπὸν, ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατεῖν εὐλογίστου· Democritus apud Stobæum. Pugna tecum ipse: si iram vincere non potes, illa te incipit vincere; Sen. Τὸ νικᾶν αὑτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη· Plato, lib. 1. De Legibus. Fortior est qui se, &c. Ἄνθρωπος ὢν γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν· Menand. Στρεπτοὶ δέ τε, &c.] Hanc Homeri sententiam citat et impugnat post magistrum suum Platonem, (de Republica, lib. 2.) Maximus Tyrius, Dissert. 30. Defendit verò contra eundem Platonem Justinus Martyr, (Cohortatione ad Græcos. Et certè Solet interdum fieri placabile numen; Ovid. Nec placet illud è porticu apud Virgilium; Æn. 6. (quod tamen citat, imò laudat Seneca, Epist. 77.) nisi cautè & cum grano salis sumatur, Desine fata Deûm flecti sperare precando. ¶ Στρεπτοὶ etiam (substantivè) sunt ὅρμοι armillæ, torques, monilia; παρὰ τὸ στρέφειν, ut torques à torquendo: & στρεπτὸς ἄρτος, tortus panis; qui et absolutè Torta (unde fortasse vernaculum nostrum **a tart**, o mutato in a) Græcè item στρέμμα, quod εἶδος πέμματος exponit Hesychius: unde Latinum STREBLITA, et SCRIBLITA, ἀπὸ τοῦ στρεβλοῦν, torquere, στρέφειν. Καὶ μὲν τοὺς, &c.] Citant Athenagoras, in Legatione pro Christianis; Hierocles, in Fragm. Libanius in Legatione ad Julianum Θεοπρεπικῶς, Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι, &c. Σοὶ δ' ἔστω μὲν ὅτι θύουσι ἄνθρωποι, καὶ βωμοὺς ἱδρύουνται. Vah blasphemiam sophistæ, impium illum Apostatam ἀποδεῖξαντος! Flectitur iratus voce rogante Deus; Ovid. Πολλοὶ ἤδη μεγάλα εἰς αὐτοὺς (θεοὺς scil.) ἐξαμαρτάνοντες, εὐχαῖς καὶ θυσίαις τὸν χόλον ἐξιλάσαντο· M. Coriolani mater ad filium apud

27 [d] Τιμὴ, ἥ τ' ἄλλων περ ἐπιγνάμπτει φρένας ἐσθλῶν.
28 [e] Οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν
Ἡρώων, ὅτε κεν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι,
Δωρητοί τε πέλοντο παράῤῥητοί τ' ἐπέεσσι.
29 ——— [f] Χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων
Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονεόντων.

[d] Γνωματολογικῶς ὁ Φοῖνιξ λέγει, ὡς ἡ τιμὴ κάμπτει τοὺς ἀγαθοὺς, οἳ οὐχ οὕτω δώροις ὑπάγονται ὡς τιμῇ· ὅθεν καὶ ἡ φιλοτιμία τοῖς τῆς ἀρετῆς ἐστιν ἐθέλουσιν ὁρμαθός. Eustath. Et sanè Fax mentis honestæ Gloria: quod symbolum erat præstantissimi Principis Henrici

Heu olim! nostri, quem funere mersit acerbo
Atra dies, Anglisq; iratum numen ademit.

Nempe Optimus quisque honoris studio ducitur. Et Generosa quæque pectora pungit hic aculeus. Nec mirum, quando (teste Philosopho, Eth. lib. 4 cap. 8.) Τῆς ἀρετῆς ἆθλον ἡ τιμὴ, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. Et Honos alit artes.

Dionysium Halicarnassaeum, lib. 8. Hinc *Jupiter* μείλιχος et μειλίχιος· quia precibus et sacrificiis placatur. *Phurnut.* Προσαγορεύουσι δὲ καὶ μειλίχιον τὸν Δία, εὐμείλικτον ὄντα τοῖς ἐξ ἀδικίας μεταπιθεμένοις.

• *Hesych.* Ἄιται, θυγατέρες Διὸς, αἱ τοῖς δεομένοις βοηθοῦσαι. Ubi quis non miretur, quid sibi velit illud Ἄιται, et non potiùs Λιταὶ legendum existimet? facilis siquidem et proclivis est transmutatio τοῦ Λ in Α. Διόσκουροι conjunctim, *Castores*, sive *Castor* et *Pollux*: Διὸς κοῦραι divisim, *Musae*, et *Litae*, seu *Preces*. Ab hac porrò re et voce Λιταὶ totus hìc *Iliados* liber nonus apud veteres *Criticos* epigraphen suam et denominationem obtinuit. Sic apud *Platonem*, *Strabonem*, *Athenaeum*, alios, legimus, Ἐν ταῖς Λιταῖς, hoc est, *Il. ι'. Eustath.* Λιταὶ ἡ ῥαψῳδία ἐπιγράφεται αὕτη, ἀπὸ μιᾶς πληθυσμένη λέξεως. Sic et Δολώνεια dicta est *Il.* Rhapsodia sequens, sc. κ'. et Τὸ ἐπιτάφιον, *Il.* ψ'. *&c.* Ἱκεσίη Ζηνὸς κοῦραι λιταί· *Orph. Argonaut.* Διὸς θυγατέρας τὰς λιτὰς μυθολογεῖ, ὡς τι σεβασμιωτέρας φαίνεσθαι. *Schol.* Χωλαὶ, διὰ τὸ βραδέως καὶ μόλις προσιέναι, καὶ γονυκλιτεῖς λιταινεύειν, &c. Παραβλῶπες, διάστροφοι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐπειδὴ οἱ ἱκετεύοντες ὑπὲρ τοῦ ἐλεεινὸν φαίνεσθαι, προσίασιν οἰκτροὶ τὰ σχήματα αὐτῶν καὶ τὰς θέας ἔχοντες. Id. •*Aten pedibus validam & velocem, Litas verò claudas fingit* Poeta: *illud viz. innuens, offensas esse citas, reconciliationes esse tardas.* Erasm. *Adag.* Salsè hunc locum & *Homericas* has Litas tangit *Clemens Alex. Protrept.* Χωλαὶ ἐκεῖναι καὶ ῥυσαὶ, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ (ità enim ibi lego ex *Homero* pro ὀφθαλμῶν) αἱ Λιταὶ, αἱ Θερσίτου μᾶλλον ἢ αἱ Διὸς θυγατέρες. Et respicit *Galenus*, *Protrept.* cap. 6 de Athletis; Κἂν ἀφίκωνταί ποτε εἰς τοῦτ, (τὸ γῆρας scil.) τῶν Ὁμηρικῶν οὐδὲν ἀπολείπονται Λιτῶν, χωλοί τε, ῥυσοί τε, παραβλῶπες, ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένοι. Vide & *Heraclidem* (vel potiùs *Heraclitum*) *De Allegoriis Homericis*, ubi totum hunc locum fusè explicat. Παραβλῶπες.] *Molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum*, ROGO. Senec. *De Benef.* lib. 2. cap. 2. ad quae verba illustranda *Federicus Morellus* in *Scholiis* hunc *Homeri* locum adducit. ¶ Παραβλῶπες, αἱ διεστραμμέναι τὴν ὄψιν, qu. παραβάλλουσαι τοὺς ὦπας. --ῥαιβαὶ καὶ πλαγιόμμασι, διά τε τὴν τῆς ὄψεως δυσωπουμένων παρατροπὴν, καὶ ὅτι διαστροφὴν, καὶ διότι οὐκ ἱλαρὸν τὸ βλέμμα τοῖς λιταζομένοις, ἀλλ' (ὡς εἰπεῖν) δυσβλεπτοῦσιν ἐκεῖνοι· ὅθεν καὶ ἡ δυσωπία· *Eustath.* ad locum; qui tamen alibi, et fortè rectiùs, hanc vocem derivat ἀπὸ τοῦ παραβλέπειν. Sic Κατώβλεψ à κάτω βλέπειν. *Ate* est *Diabolus*, inquit *Justinus Martyr*, de qua allegoria vide infrà, *Il.* τ'. Et certè apprimè quadrat haec periphrasis, praesertim si cum altero illo *Poetae* loco jam laudato conferatur. Quis enim adeò σθεναρὸς καὶ ἀρτίπος, fortis et agilis, ac iste μισάνθρωπος, cujus & hoc proprium opus, et negotium est, φθάνειν πᾶσαν ἐπ' αἶαν βλάπτουσ' ἀνθρώπους; Quid quòd contra Σατᾶν et Ἄτην unicum ferè remedium sunt Λιταὶ, *preces* et *vigiliae*: αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω. ¶ Ἀρτίπος pro --πους, ut Ἀελλόπος, pro --πους metri gratiâ, ut et versus ipse ἀρτίπους et ἀελλόπους sit, integer pedibus, et celeriter currat.

27 *Honor, qui & aliorum hominum flectit animum etiam bonorū.*
28 [z] *Ità & priscorum accepimus famam & facinora virorum Heroum*, quòd viz. *si quem eorum vehemens ira ceperat, Donisque placabiles erant, exorabilésque verbis.*
29 ——[a] *Ira, quae & aliorum* quorumvis *Tumefacit in pectore animum etiam prudentum.*

[z] *Prov.* 15. 1. Responsio mollis frangit iram. *Prov.* 21. 14. Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu furorem vehementem. [a] *Prov.* 27. 4. Saeva res est ira, & furor inundatio.

---

artes, pariter & *virtutes*. Egregiè *Cicero*, *Orat. pro Milone*; *Ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam; esse hanc unam quae brevitatem vi-*

ta

ta posteritatis memoriâ consolaretur. Et rectè ille ad *Cæsarem*; *Gloriâ industria alitur: ubi eam dempseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est.* Et Poeta, *Immensum gloria calcar habet.* Et *Valerius Max.* lib. 8. cap. 13. *Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.*

e Versus proverbialis, adeóque παροιμιωδῶς usurpatus à *Synesio*, Epist. 121. & *Cicerone*, Epist. ad *Atticum*, lib. 7. ubi qui *Græca Latinè* reddidit in calce illius operis, parùm, ut videtur, in *Homero* versatus, ἐπενθόμεθα ridiculè admodum vertit *lugebamus*: legit viz. ἐπενθόμεθα, quod tamen *Græcum* non est. ¶ Ἐπιζάφελος χόλος, *ira vehemens, intensa*, qu. ἄγαν ηὐξημένος (unde & adverbium, ἐπιζαφελῶς, *vehementer*, apud Poetam non semel: ηὐξημένως, ἄγαν. Phavorin.) παρὰ τὸ ζα (μόριον ἐπιτατικὸν, ut in ζάθεος, ζάκοτος, &c.) καὶ τὸ ὀφέλλω, τὸ αὔξω· ὁ ἐπηυξημένος, καὶ σφοδρὸς, καὶ θυμώδης, καὶ ἰσχυρός· Etymol. ¶ Δωρητοὶ, παράῤῥητοι· (*placabiles*. Παρὰ hìc idem significat, quod in παρειπεῖν, παρφάσθαι, &c.) Elegans *paronomasia*. Παρομοίωσιν vocat *Aristot. Rhet.* lib. 3. cap. 9. ubi

30 g Κήδε', ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ·
Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.
31 ——— h Ἄττα, γεραιὲ διοτρεφὲς, οὔτι με ταύτης
Χρεὼ τιμῆς· φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ.
32 ——————— i Οὐδέ τί σε χρὴ
Τὸν φιλέειν, ἵνα μή μοι ἀπέχθηαι φιλέοντι·
Καλόν σοι σὺν ἐμοὶ τὸν κήδειν ὅς κ' ἐμὲ κήδῃ.
33 k Ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμὸν
Σχέτλιος, οὐδὲ μετατρέπεται φιλότητος ἑταίρων.
34 --- l Καὶ μέν τίς τε κασιγνήτοιο φόνοιο
Ποινὴν, ἢ οὗ παιδὸς ἐδέξατο τεθνειῶτος·
Καί ῥ' ὁ μὲν ἐν δήμῳ μένει αὐτοῦ πόλλ' ἀποτίσας
Τοῦ δέ τ' ἐρητύεται κραδίη, καὶ θυμὸς ἀγήνωρ,
Ποινὴν δεξαμένου. ———
35 m Αἰδεῖσθαι δὲ μέλαθρον, ὑπωρόφιοι δέ τοι εἰμέν.
36 n Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότε κείνου
Μνήσομαι, ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν,
Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.
37 ——— o Μάλα γὰρ ἔθεν εὐρύοπα Ζεὺς
Χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε, τεθαρσήκασι δὲ λαοί.
38 p Μὴ ὄφελες λίσσεσθαι ἀμύμονα Πηλείωνα,
Μυρία δῶρα διδούς· ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως·
Νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας.
39 q Νῦν μὲν κοιμήσασθε, τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ
Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.

g Hosce tres versus citat *Aristoteles, Rhet.* lib. 1. cap. 7. ubi pro Κήδε' ὅσ' legitur Ὅσσα κάκ'. sensu planè eodem. Duos posteriores *Maximus Tyrius, Dissert.* 19. Secundum, scil. Ἄνδρας μὲν, &c. *Galenus, De Opt. Secta ad Thrasybulum*, c. 11. Quin & Tragicam hanc expugnatæ direptæque urbis periphrasin adumbravit (nî fallor) *Æschines* contra *Ctesiphontem*; Νομίσατε ὁρᾷν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, τειχῶν κατασκαφὰς, ἐμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας, καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, &c. Similis locus occurrit apud *Demosthenem* Περὶ παραπρεσβ. Ἦν ἰδεῖν οἰκίας κατεσκαμμένας, &c. Ubi *Græcorum* Oratorum princeps μονονουχὶ παρέφρασε τὸ Ὁμηρικὸν, inquit *Hermogenes*. Vide & *Theonis Progymnasmata* in initio. *Latinè* etiam expressit *Quintilianus*, lib. 8. & *Cornificius*, lib. 4. *ad Herennium*. Quorsum

igitur

& hunc ipſum *Homeri* verſum in exemplum adducit. Porrò, quod ad loci ſententiam attinet, hùc ſpectat carmen illud ex vetere oraculo apud *Platonem*, lib. 3. *De Repub.* Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας· et illud *Euripidis* in *Medea*, Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος· & *Ovidii*, *De Arte Amandi* lib. 3. *Munera, crede mihi, placant hominésque, Deósque: Placatur donis Jupiter ipſe datis.*

[f] Infrà, *Il.* σ'. Καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι· nam Ira etiam in ſapientes cadit, negante hoc licèt *Senecâ* & universâ Potticu. Certè Θυμῷ χαλεπὸν μὲν διαμάχεσθαι· *Plut. De Ira Cohib.* Et quotus quiſque eſt, quantumvìs prudens, qui non verè uſurpet tritum illud *Medeæ* apud *Euripidem*, Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Imò ingenioſi & ſolertes præ aliis ad iram proni. Οἵ τε ὀξεῖς καὶ ἀγχίνοοι καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύρροποί εἰσι. *Plat. Theæt.* Sed & pro fatuis *Ariſtoteles* habet, qui nunquam iraſcuntur: Οἱ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι· *Eth.* lib. 4. cap. 5.

30 [b] *Mala, quæ hominibus contingunt, quorum urbs capta fue-*
Viros interimunt, urbem ignis abſumit, (*rit,* hæc ferè ſunt;
Liberos autem alii abducunt, & altè-cinctas mulieres.
31 ——*O pater, ſenex divine, neutiquam mihi hoc*
Opus-eſt honore: puto autem me ſat *honoratum-eſſe Jovis fato* &
32 ———————[c] *Haudquaquam te convenit* (conſilio.
Iſtum amare, nè mihi odio-ſis qui te *amo;*
Decet te mecum eum lædere, qui me læſerit.
33 *Ferocem in pectore induit ſuperbum animum*
Durus, neque rationem habet amicitiæ ſodalium.
34 ———*Etenim quis fraternam ob cædem*
Compenſationem, vel ob filium accepit occiſum:
Et is quidem qui interfecerit, *in populo manet ibi, poſtquàm mul-*
Alterius autẽ pacatur cor, & animus ſtrenuus, (*ta perſolverit,*
Pretio accepto.———————
35 *Reverere* tuam *domum; domeſtici enim tibi ſumus.*
36 *Sed mihi tumeſcit cor irâ, quoties illius*
Meminero, qui me contemptibilem inter Argivos fecit,
Atrides, veluti aliquem nullo-in-pretio transfugam.
37 ---[d] *Valde enim ipſam* (urbem *ſcil.*) *altitonans Jupiter*
Manu ſuâ protegit: animúmque-ſumpſerunt populi.
38 *Utinam non oràſſes præclarum Peliden*
Innumera dona dans: is autem ſuperbus eſt & aliàs;
Nunc verò eum multò magìs ſuperbire feciſti.
39 *Nunc quidem cubitum-ite,* [e] *refecti corde*
Cibo & vino: hoc enim robur eſt & vigor.

[b] 1 *Sam.* 30. 1, 2. Et incenderant eam (*urbem* ſcil.) igni, & captivas abduxerant mulieres.

[c] *Pſal.* 139. 21, 22. Nonne odi eos, qui oderunt te? Imò perfecto odio odi eos.

[d] *Pſal.* 46. 1, 2. Deus nobis protectio & fortitudo. —Propterea non timebimus. *Pſal.* 126. 2. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, &c.

[e] *Act.* 27 34. Rogo vos accipere cibum pro ſalute veſtra.

---

igitur hæc cenſura *Henrici Stephani* in *Apologia pro Herodoto*? *Quòd ſi noſtras expugnationes urbium ſpectemus, frigebit illa deſcriptio Homerica,* Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, &c. *Notum carmen*

carmen (inquit *Petrus Victorius*) quódque plures virtutes in se habet, à gravissimis Autoribus valde illustratum est. Porrò & exemplum Figuræ, quam διατύπωσιν vocat, hinc sumit *Plutarchus* l. *de Homero*. Tragicæ item dictionis illustre hoc exemplum facit *Hermogenes* Περὶ Δεινότητος. Τὸ τραγικῶς λέγειν Ὅμηρος μὲν ἐδίδαξε, Δημοσθένης δὲ ἐμιμήσατο. ὅτι μὲν γὰρ τραγῳδὸς καὶ πατὴρ τραγῳδίας Ὅμηρος, Πλάτων μαρτυρεῖ --Ἴλιος ἅλωσιν οὐκ εἶπε-- τί οὖν ποιεῖ; πάσης πόλεως εἶπε πρόθεσιν ἐν δυσὶν ἔπεσιν, Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, &c. ¶ Ἀμαθύνει.] Ἄμαθον ποιεῖ, ἀφανίζει καὶ φθείρει· *Hesych.* Λεπτύνει ὡς ἄμαθον· *Eustath.* Ab ἄμαθος idem quod ψάμαθος, *arena*: unde ἠμαθόεις pro ἀμαθόεις *arenosus*, apud *Poetam*.

h Citat *Synesius*, *De Regno*, & *Sermone ad Pæon.* & *M. Tyrius*, *Dissert.* 2. Ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, ἀτιμαζόντων τῶν ἄλλων, βοήσεται τὸ τοῦ Ἀχιλλέως, Φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ· & imitatur *Virgilius*, *Non equidem tali me dignor honore.* Ἄττα.] Προσφώνημα seu compellatio junioris ad seniorem, ut τέττα amici ad amicum, vel æqualem. *Hesych.* Ἄττα· προσφώνησις φιλοφρονητικὴ νέου πρὸς πρεσβύτερον καὶ τροφέα, ὡς πάππα πρὸς τὸν πατέρα. Estque vox πρωτόθετος, καὶ ἀκίνητος, καὶ ἀνεμπόδιστος· ut rectè *Eustathius*. Nec ullo modo assentiri possum clarissimo *Heinsio*, qui *Prolegomenis* ad *Aristarchum* hoc *Græcum* Ἄττα ab *Hebræo* pronomine אתה vult derivatum. Est viz. hæc mera linguarum συνέμπτωσις. Nec omnino quadrat significatio. Denique non magis quærenda est origo τοῦ ἄττα, quàm τοῦ τέττα· cùm utraque vox sit primitiva.

i Κανὼν ταῦτα φιλίας ἀληθοῦς· *Eustath*: Πάντα τὰ κοινὰ φίλων, *Amicorum omnia sunt communia*, amici inprimis. Εἰ κοινὰ τὰ φίλων ἐστὶ, μάλιστα δεῖ κοινοὺς τῶν φίλων εἶναι τοὺς φίλους; *Theophrastus* apud *Plutarchum* Περὶ φιλαδελφίας. Φιλόφιλον δεῖ εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ φιλόπατριν, καὶ συμμισεῖν τοῖς φίλοις τοὺς ἐχθροὺς, καὶ συναγαπᾶν τοὺς φίλους· *Polyb.* lib. 1. Τοὺς αὐτοὺς ἡγούμην φίλους τε καὶ συγγενεῖς, καὶ πολεμίους ὥσπερ ἐγώ· *M. Coriolanus* apud *Dionysium Hal.* lib. 8. Hinc & solennis illa formula fœderis apud *Thucydidem* non semel, Τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν. Huc etiam pertinet illud *Lesbonactis* apophthegma, quod ex *Gnomologo* quodam Anonymo citat *Leopardus*, *Emendationum* lib. 3. cap. 19. Λεσβώναξ, αἰτιωμένου τινὸς τῶν ἑταίρων αὐτῷ καὶ φήσαντος, Οὐκ ἔχειν σε τὸν ἐχθρὸν μου φίλον εἶναι· Σὲ μὲν οὖν ἔδει τὸν φίλον μου μὴ εἶναι ἐχθρόν. Et illud *T. Quintii* apud *Livium*, lib. 32. *Quibus igitur rebus amicitia violatur? nempe his maximè duabus; si socios meos pro hostibus habeas, si cum hostibus te conjungas.* ¶ Κήδειν· (verbum poeticum) κακοῦν, βλάπτειν, ἀνιᾶν, λυπεῖν, *lædere*, *contristare*, *curâ* vel *mœrore afficere*. Κήδεσθαι contrà, φροντίζειν, ἐπιμελεῖσθαι, λυπεῖσθαι alicujus gratiâ scilicet, *curam habere alicujus*, vel *de aliquo solicitum esse*, adeóque ἐλεεῖν, ὀλοφύρεσθαι· ut Κήδετο γὰρ Δαναῶν. Utrunque à κῆδος, hoc est, λύπη, ἀνία, μέριμνα.

k *Iracundus*, *inexorabilis*, *acer*. Horat. Ἄγριον θυμὸν hìc vocat *Homerus*, quem alibi ἀπηνέα & νηλέα θυμὸν appellat.

l Ἔθος παλαιὸν ἦν, φονευθέντος τινὸς, ποινὴν ὑπὲρ τοῦ φόνου δίδοσθαι τοῖς συγγενέσιν, εἴπερ ἐθέλοιεν· καὶ τὸν φονέα οὕτω μένειν αὐτοῦ ἐν τῷ δήμῳ, χρημάτων τὸ μὴ φυγεῖν ὠνησάμενον--Ἐνταῦθα κυριολεκτεῖται ἡ ποινὴ, φονή τις οὖσα, ὡς διὰ φόνον διδομένη. *Eustathius* in locum. Ποινὴ apud veteres *Græcos* non est *pœna*, sed *pretium*, seu *compensatio*. *Soph. Electr.* Ποίνιμα πάθεα παθεῖν· ubi *Scholiastes*, Ποίνιμα· ποινῆς ἄξια. ποινὴ δὲ λέγεται ἐπὶ μόνης καταβολῆς χρημάτων· (rectè apud *Homerum* aliósque antiquissimos Autores) Ὅμηρος, Ποινὴν οὐ παιδὸς ἐδέξατο τεθνειῶτος, &c.

m Ὅτι

m Ὅτι τὸ ὁμόστεγον μέγα τοῖς ἀρχαίοις εἰς δυσωπίαν, καὶ τὸ ὁμοτράπεζον, ὡς καὶ τοῖς Ἑστίας συμπαρεσβεύσαντος, καὶ τῦ Ἑρκείε καὶ τῦ Ἐφεστίε Διὸς, ἐνδηλότατόν ἐστιν· *Eustath.* Hujus rei exempla sunt inter alios *Priamus Achilli* supplicans apud *Homerum*, & *Themistocles Admeto* apud *Thucydidem*. ¶ Ὑπωρόφιοι. (per crasin pro ὑποορόφιοι, ut in ἀκρώρεια, ὑπώρεια & similibus, ubi duo ο ο coalescunt in ω) idem quod Ὁμωρόφιοι, ὁμόστεγοι, ὁμέστιοι, *familiares, domestici, contubernales*; qu. sub eodem tigno & tecto habitantes: ab ὄροφος, vel ὀροφὴ, *tectum*; unde fortassean nostrum **roof.** Et tales quidem sunt *Homerici* ὑπωρόφιοι. Verùm apud τοὺς μεθ' Ὅμηρον etiam ad alias animantes transfertur hæc vox: siquidem Φάλαγγες παρὰ τοῖς ὕστερον ὑπωρόφιοι, τὰ ὑπὸ τοῖς ὀρόφοις ἐνεργοῦντα φαλάγγια, ὃ ἐστιν ἀράχνιά τινα· *Eustath. Theocrit. Idyll.* 14. Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν, &c. (ubi alludit fortè *Simichides* ad locum illum *Poetæ* suprà in hac ipsa *Rhapsodia*, Ὡς δ' ὄρνις, &c.) Hirundines certè ὑπωρόφιοι sunt, & sub ædium tectis nidificant. Unde notum illud *Pythagoræ* Symbolum, Ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν: cujus explicationem vide apud *Jamblichum, Lilium Gyraldum*, aliósque. Citat porrò hunc versum *Dio Chrysost.* Orat. 74. Ὀυ μεταστρέπεται φιλότητος] (id est,) ὐκ ἐπιστρέφεται φιλίας. *Eustath.*

n *Cicero, Tusc.* 3. hunc locum sic transtulit; *Corque meum penitùs turgescit tristibus iris,*
Cùm decore atq; omni me orbatum laude recordor.
Citat & *Dionysius Halicarnass.* Τέχνη. Ἀσύφηλον.] ¶ Ἀσύφηλος· (vocabulum insolens & ἅπαξ λεγόμενον) ὁ ἄσοφος καὶ ἀπαίδευτος, ἢ βλαβεὶς καὶ ἀπατηθεὶς, παρὰ τὸ ἄσαι καὶ φηλῆσαι. *Eustath.* ubi duplex Etymon. *Utrum horum*, &c. Ὡσεί τιν' ἀτίμ. μετάν.] *Aristot. Polit.* lib. 3. cap. 3. Ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. ὥσπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. ¶ Ubi *Philosophus* μετανάστην exponit per μέτοικον, *inquilinum, transfugam*: atque ità *Hesychius*; Μετανάστας μέτοικοι, φυγάδες, *coloni*, qui aliò sponte migrârunt, vel *profugi, exules*, qui à sedibus suis pulsi, solum mutârunt: à μετὰ & ἀναστῆναι *migrare*, vel potiùs à μετὰ & ναστῆναι, hoc est, ναίειν· qu. *transhabitatores*.

o Ζεὺς μέν τοῖσδε πόληος ὑπειρέχοι αἰθέρι ναίων, Ἀιεὶ δεξιτερὴν χεῖρ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ· *Theogn.* ubi *Camerarius* in *Hypomnematis*; Τὸ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν ὑπερέχειν, παροιμιῶδες περὶ τῦ παρέχεσθαι τὴν ἀσφάλειαν, ὡς καὶ Ἰλ. ἰ. Μάλα γὰρ ἔθεν εὐρύοπα Ζεὺς Χεῖρα ἑὴν, &c.

p *Superbia atque ira, mala invicta*; Q. Curt. *lib.* 3. Superbus animus nec muneribus flectitur, nec precibus mollitur, imò magis obfirmatur, & occallescit: nempe *Uno, eodémque igni bona mens ut cera liquescit*, (στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν) *Limus ut hic durescit*. Adeò homini fastuoso & arroganti palpum obtrudere, & supparasitari, nihil aliud est quàm Utrem inflatum adhuc inflare velle.

q Τεταρπόμενοι] ¶ Τεταρπόμενοι· εἰς τέρψιν ἐληλυθότες, κεκορεσμένοι. Schol. *Oblectati, satiati, refecti*. Τέρπεσθαι, vel potiùs τεταρπέσθαι in aoristo secundo medio (nam in hoc ferè tempore reperitur apud *Homerum*) est & *oblectari* & *satiari*. Τεταρπώμεσθα γόοιο· (*Od.* λ'.) cujus tamen αἶψα κόρος (*Od.* δ'.) Nec mirum, si eadem vox & ἡσθῆναι & κορεσθῆναι significet; cùm adeò affines sint κόρος (saltem πλήρωσις) καὶ ἡδονὴ, ut contrà ἔνδεια καὶ λύπη. Τὸ γε μέν, &c.] ¶ Hinc ἤδατα, *edulia*, dicuntur ὀνείατα apud *Homerum*; & ὄνειος ab ὄνημι juxta *Græcos Grammaticos*. Cui Etymologiæ adstipulari etiam videtur *Poeta*, ubi ait, Ὀνήσαι, αἶνε πῖνεσθαι, suprà, *Il.* ζ'. ubi & statim sequitur, Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Ἰλ. κ'.

1 [a] Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ ——
Κερδαλέης, ἥτις κεν ἐρύσσεται, ἠδὲ σαώσει.
2 [b] Πολλάκι γὰρ μεθίει τε, καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι,
Οὔτ' ὄκνῳ εἴκων, οὔτ' ἀφραδίῃσι νόοιο.
3 [c] Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.
4 [d] Οὕτω νῦν, φίλα τέκνα, φυλάσσετε, μηδέ τιν' ὕπνος
Αἱρείτω, μὴ χάρμα γενώμεθα δυσμενέεσσι.
5 ---[e] Εἴ τίς μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος,
Μᾶλλον θαλπωρὴ, καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται.
Σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν
Ὅππως κέρδος ἔῃ· μοῦνος δ' εἴπέρ τε νοήσῃ,
Ἀλλά τέ οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.
6 [f] Τούτου δ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι.
7 [g] Κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥτε μοι αἰεὶ
Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι· οὐδέ σε λήθω
Κινύμενος. ————
8 ——[h] Μή τ' ἄρ με μάλ' αἴνεε, μήτι νείκει·
9 [i] Εἰ δέ κ' ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃς,
Οὐκ ἔτ' ἔπειτα σὺ πῆμά ποτ' ἔσσεαι Ἀργείοισι.
10 [k] Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός.
11 [l] Ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.

[a] Ἱερὸν ἡ βουλή, vel συμβουλή· frequens Parœmia, ſeu potiùs ſententia, apud *Græcos*. Exſtat apud *Platonem*, *Xenophontem*, *Lucianum*, alios. Βουλὴν ἁπάντων πράγματος προλάμβανε, Βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον· *Menander* apud *Stobæum*. Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται· *Pythag. Aur. carm.* Ἀνάγκη τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους ἄμεινον τῶν ἄλλων πράττειν. *Iſocr. De Pace.* *Priuſquam incipias, conſulto opus eſt*; (hoc eſt, χρεὼ βουλῆς σε) Salluſt. Τὸ βουλεύεσθαι τῶν περὶ τῶν ἀνθρώπων θειότατόν ἐστι· *Ariſtot. Polit.* lib. 4. Χρεὼ] ¶ Χρεώ, & Χρειώ, vox poetica & *Ionica* pro χρεία, *inopia*, *indigentia*, *Homero* familiaris (& vox & res) cum accuſativo perſonæ hìc, & alibi Τίπτε δέ σε χρεώ, vel χρειώ ἐλλειπτικῶς, ἢ ἀντιπτωτικῶς, pro τίνος σοὶ ἐστι χρεία; Vide *Euſtathium*.

[b] Ἐθελοκακεῖν hoc vocant *Græci*. Quod in bello certè rarius: nam alioqui ſolent plerunq; homines remiſsè agere, & ab opere ceſſare, & detrectare pugnam, aut per ignaviam, aut per inſcitiam. Γνωματεύει ὁ ποιητής, ὅτι τὸ μὴ ἐθέλειν πονέεσθαι ἢ διὰ ὄκνον ἐγγίνεται, ἢ διὰ ἀφροσύνην· *Euſtath.* ad locum. Poſteriorem verſum citat *Plutarchus* Περὶ Φιλαδελφ.

[c] Parœmialis locutio, imò Parœmia. *In acie novaculæ*; (Eraſm.) hoc eſt, in ſummo diſcrimine. *In extrema tegula.* Φράζεο, κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς· *Theogn.* Ὀξεῖα ῥοπὴ καὶ ἐπικίνδυνος τοῦ καιροῦ· utì exponit *Camerarius* in *Hypomnematis Græcis*, ubi & hunc *Homeri* locum allegat. *Soph. Antig.* Φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης· *Theocr. Idyll.* 22. ubi *Dioſcuros* vocat Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων. *Silentiar. Antholog. Epigr.* lib. 1. Ὑμῖν ἀμφοτέροισιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμή. (leg. ἀκμῆς, quod & monuit *Brodæus* in locum.) Utuntur etiam *Herodotus*, *Erato*; *Lucianus*, *Dialog.* *Syneſius De Regno*; *Procopius*, *Perſ.* 1. *Nazianzenus*, *Orat.* 19 & 22. alii: qui omnes ex hoc fonte hauſerunt, & ad hanc veluti cotem & limam ſui, ξυροῦ ἀκμὴν, & ingenii aciem poliverunt. Ἢ μάλα λυγρὸς, &c.] *Aut cita mors venit, aut victoria læta.*

[d] De Excubiis & Vigiliis in re militari ritè & diligenter ordinandis obſervandíſque

IL. 10.

1 [a] *Opus est consilio mihi & tibi*——————
Prudenti, quod nos eximat periculo, & servet in bello.
2 *Sæpe enim negligens est, & non vult laborare,*
Nec tamen pigritiæ cedens, nec insipientiæ mentis.
3 *Nunc enim profectò omnibus in novacula stat acie*
Aut valde luctuosus interitus Achivis, aut vita.
4 [b] *Ità jam, chari filii, vigilias agite, nec quenquam somnus*
Capiat, nè ludibrium fiamus hostibus.
5 --- [c] *Si quis me vir comitetur alius,*
Plus mihi alacritatis erit, & majori-cum-confidentia res transi-
Duobus enim simul euntibus, unus ante alterum videet (*getur.*
Quid commodius-factu sit: solus autem unus *si fortè intelligat,*
Tamen ei hebetior mens est, lubricúmque consilium.
6 [d] *Isto concomitante, etiam ex igne ardenti*
Ambo redierimus, quandoquidem est egregiè prudens.
7 *Audi me Ægiochi Jovis filia, quæ mihi semper*
In omnibus periculis adstas; [e] *nec te lateo*
Vel tantillum *me-movens.*———
8 ---[f] *Neque me multùm lauda, neque vitupera.*
9 *Si meis manibus subactus vitam amiseris,*
Haud ampliùs posthac tu nocumento unquam fueris Argivis.
10 *Mentiar, aut verùm dicam? impellit verò me animus* loqui.
11 *Equorum celeripedum sonitus circùm mihi verberat aures.*

[a] *Prov.* 20. 18. Cogitationes consilio disponuntur: consiliis gere bellum. *Prov.* 24 6. Consiliis bellum geres: & in Consiliariorum multitudine sita victoria est.
[b] *Nehem.* 7. 3. Constituite custodias; ---quisque scil. in custodia sua. *Jer.* 51. 12. Augete excubias, constituite custodes. *Marc.* 13. 37. Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate.
[c] *Gen.* 2. 18. Non est bonum esse hominem solum. *Eccles* 4. 9, &c. Melius est duos esse simul, quàm unum; habent enim emolumentum societatis suæ. Si unus ceciderit, ab altero erigetur. Væ autem soli, quia cùm ceciderit, non habet sublevantem se, &c. [d] *Psal.* 66. 12. Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti me. *Isai.* 43. 2. Cùm ambulaveris in igne, non combureris, &c. [e] *Psal.* 139. 2, 3. Tu cognoscis sessionem meam, & surrectionem meam, intelligis cogitationem meam longè antè. Semitam meam & accubitum meum cingis, & omnibus viis meis assuevisti. [f] *Prov.* 27. 14. Laudanti alterum magnâ voce manè consurgenti reputabitur ac si execratus eum fuisset.

---

maxima semper ab ipsis Imperatoribus cura ratióque habita & habenda. Vide *Tacticos* scriptores, *Polybium* inprimis *De militia Romana*, ibique *Lipsium*, necnon *Onosandri Strategemata*, *Leonis Tactica*, aliósque. Δεῖ σπουδὴν ὀχυρὰς ποιεῖν καὶ διαιρεῖν τοὺς βιγλεύοντας· *Leonis* verba sunt, *Constit.* 14. ubi Βιγλεύειν est illius ævi vox barbara, facta ex *Latino* VIGILARE. Vide *Rigaltii Lexicon Tacticum Mixobarbarum*, & *Meursii Glossarium Græcobarbarum.*

[e] Θαλπωρὴ] Propriè *fotus*, seu *fotura*, seu *refocillatio*; Metaphoricè *spes*, *solatium*, *voluptas*, *alacritas*, &c. In hac voce interpretanda mirè luxuriat *Hesychius*. Θαλπωρή· παραμυθία, σκέπη, χαρά, σωτηρία, ἡδονή, θάλψις, ἐλπίς, ἀσφάλεια,

λεια, ἢ διάχυσις. ¶ Ejusdem autem formæ & analogiæ hoc nomen est cum suis synonymis, ἐλπωρή, ἀλεωρή· verbale sc. factum ab ipso themate, hoc est, primâ personâ singulari præsentis activi assumendo terminationem ρη. Σύν τε δύ' ἐρχ'] Proverbium de vi unita. Τὸ γνωμικὸν τοῦτο εἰς παροιμίαν πίπτει, καὶ ὅ ἐστι, καθαμαξεύθη· *Eustath.* Citant autem hemistichium hoc παροιμιωδῶς *Plato Protag. Aristot. Ethic.* lib. 8. cap. 1. & *Polit.* l. 3. c. 12. Τοῦ γὰρ ἑνὸς οἱ δύο ἀγαθοὶ βελτίους· (Quis non putaret se hîc legere locum illum *Solomonis* in margine præced. paginæ laudatum?) Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Σύν τε δύ' ἐρχομένω. *Cic. Epist.* ad *Att.* lib. 9. & *Ep. fam.* lib. 9. Et alludit idem *Plato, Alcib.* poster. Σύν τε δύο σκεπτόμενοι τάχ' ἂν εὑρήσομεν. Sed & συντομώτερον absque ἐρχ. proverbialiter etiam usurpatur Σύν τε δύο. Ἀρκοῦνται οἱ παλαιοὶ μόνον εἰπόντες τὸ Σύν τε δύο, καὶ πλέον οὐδέν· *Eustath.* Hùc pertinet tritum illud, *Oculi plus vident quàm oculus.* Εἷς ἀνὴρ οὐ πάντ' ὁρᾷ· *Eurip. Phœn.* ubi hunc *Homeri* versum citat *Scholiastes.* Σύν τε δύ' &c. *Nemo solus satis sapit*; *Plaut. Mil. glor.* Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ· *Eurip. Unus vir nullus vir.* Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη· Id. Ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι καὶ εἷς ἀκούσειε· *Xen.* K. π. l. 8. ¶ Βράσσων τε] A βραδὺς -δίων -άσσων vel, à βραχὺς -χίων -σσων ut ab ἐλαχὺς -ίων -σσων. à ταχὺς -ίων -σσων, & (ne coincidat cum participio à τάσσω) θάσσων. Λεπτὴ μῆτις,] In malo sensu: alioqui λεπτὸς (de mente seu prudentia) etiam in bono, ut in illo versiculo, Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον· & *Aristoph. Nep.* Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν! O solertiam, subtilitatem!

[f] *Comes in via* (præsertim comis, probus, & prudens) *pro vehiculo.* Et hoc sensu, *Socius bonus aura secunda.* Usurpavit verò hunc *Hom.* locum *August. Cæsar* de *Tiberio* apud *Sueton. Tiber.* Laudat etiam inter alios *Strab Geogr.* l. 1. Ἐκ πυρὸς αἴθ.] Videtur esse phrasis παροιμιώδης, etsi non observârint Interpretes. Ità enim Ἐκ πυρὸς σώζειν proverbialiter dicunt *Græci,* pro *Ex summo periculo servari, aut evadere. Aristid.* tom. 1. *Or.* in *Apellam.* Ἐκ μέσου φασὶ πυρὸς τὸν ἄνδρα σώζειν. Τίνα δ' οὐκ ἂν οὗτός γε καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο βληθεὶς ἀναρπάσειεν; ubi apertè respicit hunc *Poetæ* locum. *Paulus* 1 ad *Cor.* 3. 15. Σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός. Ubi *Grotius,* Σώζειν ὡς διὰ πυρὸς, *est proverbiale, ad significationem summi periculi. Sic,* Ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες· *Jud.* 23. *Aristid.* Orat. in *Apell.* Ἐκ μέσου, &c. Quem locum non sine voluptate legi à magno viro laudatum, quippe ad illustrandam hanc gnomen *Homericam* à me adductum, priusquam apud ipsum invenerim. Addo jam & apud *Hebræos* adagiale hoc dictum esse; siquidem *Titio raptus ex igni* occurrit in Δωδεκαπροφήτῳ non semel, idque παροιμιακῶς usurpatum.

[g] Verba *Ulyssis* ad *Minervam.* Hanc *Homeri* sententiam & autoritatem allegant veteres, præsertim *Stoici,* ut probent providentiam divinam etiam ad particulares personas se exten-

Ἰλ. λ'.

[a] Filii interdum luunt delicta parentum. *Delicta majorum immeritus lues Romane,* &c. *Horat.* Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, &c. ut est in adagio sacro; quod tamen damnat Dominus per Prophetam. Sic, Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐγγόνους τρέπεσθαι queritur *Eurip.* apud *Plutarchum, De sera Numinis Vind. Culpam majorum posteri luere. Curt.* lib. 7. Ἡ Πυθία Γλαύκῳ --- ἐπίορκα ὀμόσαντι

1 [a] NΥ͂Ν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην.
2 --- [b] Οἱ δ' ἐπὶ γαίῃ
Κεῖατο, γύπεσσιν πολὺ φίλτεροι, ἢ ἀλόχοισι.
3 [c] Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

τε καὶ τοῦ δεῖν εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην· *Pausan. Corinth.* Quare temerè nimis & audacter, imò impiè & blasphemè *Bion,* (apud *Plutarchum,* loco jam laudato) qui τὸν Θεὸν κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν γελοιότερον ἔφη τοῦ ἰατροῦ διὰ νόσον ἢ πατρὸς

dere. *Dii separatim ab universis singulos diligunt. ---Quæ ratio Poetas, maximéque Homerum impulit, ut principibus heroum, Ulyssi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos Deos, discriminum, & periculorum comites* (hoc est, ἐν π. π. παραστάντας, & quasi παρασίτας) *adjungeret. Cic.* de *Nat. Deor.* lib. 2. in fine. Insignis porrò hanc in rem locus est apud *Arrianum*, in *Epict.* l. 1. c. 12. Ubi postquam quatuor jam opiniones de Diis recensuisset, quintam & ultimam sic proponit. Πέμπτοι δ' ὧν ἦν Ὀδυσσεὺς καὶ Σωκράτης, οἱ λέγοντες ὅτι Οὐδέ σε λήθω κινύμενος. leg. -ύμενος. Et videtur omnino vox Κινύμενος propriè hìc poni, denotans viz. motum localem; ut sensus sit, Nè movere quidem me possum, quin tu me videas sentiásque. *Eustathius* tamen de motu interno, & cogitatione cordis exponit. Κινύμενος, ὅ ἐστι κατὰ νοῦν κινούμενος καὶ διαλογιζόμενος. Ac si parallela sit hæc gnome dicto illi *Thaletis* apud *Laert.* qui interrogatus Εἰ λήθει θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν; resp. Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος. Et *Lucian.* in *Epigram.* Οὐ λήσεις δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος. Et *Arrian.* in *Epict.* l. 2. c. 14. Ὅτι ἐστὶ Θεὸς, καὶ προνοεῖ τῶν ὅλων, καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν, οὐ μόνον ποιοῦντα, ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενον ἢ ἐνθυμούμενον.

[h] Citat *Plut. Conviv. 7. Sap.* & *De Discrim. Adul. & Am. Eurip. Orest.* Βάρος τι κἂν τῷ δ' ἐστὶν αἰνεῖσθαι λίαν. (Quod & hùc affert *Eustath.*) *Pessimum inimicorum genus laudantes;* Tacit. Οὐ χαλεπὸν ψέξαι τὸν πλησίον, οὔτε καὶ αὐτὸν Αἰνῆσαι· *Theogn.* Ἔστι ῥᾴδιον μὲν ἐπαινεῖν ἃ μὴ χρὴ, καὶ ψέγειν· ἑκάτερον δὲ πονηροῦ τινος ἤθους· *Democrit.* apud *Stobæum.* Οὐδ' αὖ ἐπαινετικός ἐστιν (ὁ μεγαλόψυχος scil.) διόπερ οὐδὲ κακολόγος. *Aristot. Eth.* 4. 3. Φεῦγε τοὺς ἐπαίνους, αἰσχύνου δὲ τοὺς ψόγους· *Nil.* Parænet. *Viventes laudare, irrisio est,* dixit olim *Pescennius Niger:* fortè nimis severé. Præsentes verò, præsertim coràm & in os laudare, fœdum & φορτικὸν, imò παρασιτικὸν, καὶ κολακευτικόν. Quid, quòd mali, si laudaveris, pejores fiunt. Οἱ γὰρ κακοὶ, κακίους ἐπαινούμενοι· Philostrat. *de vita Apollon.* lib. 8.

[i] Notum adagium seu dictum adagiale, *Mortui non mordent.* Νεκροὶ οὐ δάκνουσι. Legitur apud *Plutarchum, Pompeio.* Ubi *Theodorus Chius* in consilium adhibitus *Pompeium* in *Ægypto* captum interficiendum censet, hoc dicto addito, Νεκρὸς οὐ δάκνει.

[k] Ἐν τῷ, ψεύσομαι ἢ ἀληθῶς ἐρῶ, ἐνεχυράζει τὴν γνώμην τῶν ἀκροατῶν· ὡς ἂν φασιν ἐπιτυχὼν μὲν, ἐπαινεθῇ, ἀποτυχὼν δὲ, μὴ ἐλεγχθῇ. *Eustath.* ad locum. Est autem hic versus quodammodo proverbialis: atque eâ facie citatum me legisse memini. Occurrit etiam iterum apud Poetam, *Od.* δ'. Huic non absimile illud *Pindari,* Δίχα μοι νόος ἀτρεκέως εἰπεῖν· quod ex *Cygno* illo *Dircæo* citat & mutuatur *Cic. Epist.* ad *Att.* lib. 13.

[l] Usurpatum hoc carmen à *Nerone,* cùm audiret equites jam appropinquantes, qui eum ad mortem traherent. (*Sueton. Nerone;*) & ab *Herode Sophista* de stylo *Polemonis* apud *Philostratum Vit. Sophist.*

IL. II.

1 [a] ***Nunc certè quidem patris gravem luctis contumeliam*** (& culpam.
2 ***---Hi autem in terra Jacebant, vulturibus multò gratiores, quàm uxoribus.***
3 [c] ***Hectorem extra tela subduxit Jupiter, extráque pulverem, Et extra cædem, & sanguinem, ac tumultum.***

[a] *Exod.* 20. 5. Ego sum Dominus visitans iniquitatem patrum in filios. *Ezech.* 18. 2. Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. [b] *Gen.* 23. 4. Date mihi vobiscum jus sepulchri; ut sepeliam mortuum meum è conspectu meo. [c] *Psal.* 91. 7. Cadent à latere tuo mille --ad te autem non appropinquabit.

πρὸς ἔκγονον οὐ παῖδα φαρμακεύοντος. Crimen verò patris, quod in filiis hìc se ulturum minitatur *Agamemnon,* erat violatum jus legationis: de quo vide *Carolum Paschalium, Legat.* c. 20. ubi

ubi hunc *Homeri* locum citat. *Orig*.contra *Celſ*. lib. 8. ait apud eundem *Celſum*, à ſacerdote *Apollinis* ſeu *Jovis* ità reſponſum, 'Ες παίδων παῖδας, τοί κεν μετόπισθε γένωνται· (apud *Hom.* eſt, Καὶ παίδων,&c. *Il. υ'*.) de vindictâ divina in impiorum liberos redundante. Cui ſententiæ opponit is divina illa oracula ex Prophetis; 'Ουκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὐδὲ υἱοὶ ὑπὲρ πατέρων· καὶ, 'Υιὸς οὐ λήψεται ἀδικίαν πατρὸς,&c. Denique hùc non ineptè referri poterit inſignis ille verſus proverbialis *Theocriti*, *Idyll.* 26. 'Ευσεβέων παίδεσσι τὰ λῷϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.

[b] Poeta in initio operis, 'Ελώρια τεῦχε κυνέσσιν, 'Οιωνοῖσί τε πᾶσι. Et infrà in hoc ipſo libro, 'Οιωνοὶ δὲ περὶ πλέες (id eſt, πλέονες) ἠὲ γυναῖκες. Sen. Thyeſt. *Utrùmne ſævis pabulum alitibus jacent?* Apul. Miles. 6. *Protinus eum vulturiis gratiſſimum pabulum* (γύπεσσιν πολὺ φίλτατοι) *futurum præcipitabo.* Mortuorum quippe corpora alitibus quàm uxoribus, feris quàm feminis gratiora. Hinc proverbium apud *Eraſmum*, *Mortuo vilior:* & Plaut. *Mortuus pluris pretii eſt quàm ego ſum.* Et tamen *Periander*,unus (ſi Diis placet) ſeptem Sapientum (verè in hoc octavus) νεκρῷ οὔσῃ Μελίσσῃ (conjugi ſuæ) ἐμίγη. *Herod.Terpſ.*

[c] 'Εκ βελέων, *Extra tela*, vel *extra telorum*

4 [d] Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα,
Δριμὺ, τό, τε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι,
"Ηρης θυγατέρες, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι·
Ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος 'Ατρείδαο.
5 [e] "Η θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας,
Ει πού τις καὶ ἔμοιγε θεῶν ἐπιτάρροθός ἐστι.
6 [f] Τοξότα, λωβητὴρ, κέρᾳ ἀγλαὲ, παρθενοπῖπα.
7 [g] 'Ουκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων·
Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.
8 [h] Οἶδα γὰρ ὅττι κακοὶ μὲν ἀποίχονται πολέμοιο,
Ὃς δέ κ' ἀριστεύῃσι μάχῃ ἔνι, τὸν δὲ μάλα χρεὼ
'Εστάμεναι κρατερῶς, ἤτ' ἔβλητ', ἤτ' ἔβαλ' ἄλλον.
9 [i] 'Ιητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.
10 [k] Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

[d] Ταῦτα οὐχ "Ομηρον αἱ γυναῖκες, ἀλλ' 'Ομηρίδα γράψαι λέγουσι, τικτούσαν ἢ τίκτουσαν ἔτι. *Plut.* Περὶ φιλοστοργ. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζώοις οὐκ ἐπίπονοι γίνονται οἱ τόκοι, ταῖς δὲ γυναιξὶ συμβαίνουσιν οἱ πόνοι ἰσχυρότεροι *Ariſt.* *Hiſt. Anim.* lib.7. cap. 9. Contrà tamen *Oppianus*, *Hal.* 1. 'Ουδ' ἄρα μοῦνον ἐπιχθονίοισι γυναιξὶν "Αλγεα, πάντη δ' εἰσὶν ἐπαχθέες εἰλείθυιαι. Fortè igitur illud οὐκ ἐπίπονοι apud *Philoſophum* comparativè intelligendum; quaſi dicat, non adeò graves & laborioſi,ac mulieribus. *Hippocrat. De natura puerorum*, Μάλιστα δὲ πονέουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τῷ τόκῳ, καὶ τοῖσι λοχίοισιν αἱ πρωτοτόκοι· (nam & alioqui & reliquæ animantes non ſine dolore pariunt.) Hinc ὠδῖνες τῶν τικτουσῶν, *Nixæ* ſeu *Dolores parturientium* paſſim in Sacra pagina παροιμιωδῶς pro vehementiſſimis, acutiſſimiſque. Βέλος etiam *Metaphoricè* de dolore acri & acuto: nec de dolore tantùm; ſed & de alio quovis vehementi animi affectu ſeu perturbatione à *Græcis* uſurpatur. *Baſilius Seleuc.* Orat. 4. de *David.* 'Αφόρητον ἔχει τὸ τῆς ἀθυμίας βέλος. *Ex Homero præceptore qui dixerat*, --Βέλος 'Ειληθυίης, inquit *Dauſqueius* in *Notis:* ubi lapſus omnino memoriâ eſt vir doctus; neque enim totidem verbis Βέλος 'Ειληθυίης dixit uſpiam *Homerus*, ſed *Theocritus*, *Idyll.* 28. 'Ωδίνειν τρομέοι' χαλεπὸν βέλος 'Ειληθυίης. Hunc porrò *Homeri* locum in exemplum τῆς ποικιλίας affert *Hermogenes* Περὶ Δεινότ. "Εχομεν ὀξὺ, δριμὺ, πικρόν· ἐπεὶ δ' οὐκ ἔχει ἄλλο ἰσότιμον, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἐπανέρχεται. Ὣς ὀξεῖ', &c. ¶ Μογοστόκοι, *circa partum occupatæ*, *obſtetrices*. 'Επιστᾶσαι τόκοις· *Euſtath.* 'Αι μογοῦσαι καὶ πονοῦμεναι περὶ τοὺς τοκετούς. τουτέστι, λοχεύτριαι· *Heſych.* 'Ειλείθ. ποιητικῶς μὲν θεαὶ μυθικαὶ, filiæ *Junonis* *Lucinæ*, παρὰ τὸ ποιεῖν τὰ ἔμ-

βρυα

jactum, pro quo ἔξω βέλευς, vel βελῶν, dicunt οἱ μεθ' Ὅμηρον παροιμιακῶς· Eustath. Estque hæc proverbialis locutio ex hoc Homeri loco desumpta, pro *In tuto esse*, vel *Extra periculi aleam esse*, tam apud *Græcos* quàm *Latinos*. *Extra teli jactum utraque acies erat*; Curt. lib. 3. (quanquam & ibi κατὰ τὸ ῥητὸν ea phrasis intelligi potest.) Ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλευς· Lucian. Deor. Dialog. Idem in *Nigrino* hoc adagio utens, apertè ad hæc *Homeri* verba alludit, Καθάπερ ὁ Ζεὺς τὸν Ἕκτορα ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν, ἐκ βελέων φασὶν, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, &c. *Agell.* lib. 13. cap. 23. hoc distichon affert in exemplum σχήματος, τοῦ ἐκ παραλλήλων ubi scilicet duæ aut plures voces synonymæ simul junguntur ad majorem emphasin, ut Ὑσμῖναί τε μάχαι τε, Πόλεμόν τε μόθον τε, &c. Denique *Dio Cassius*, in somnis monitus, duos hos versiculos ad finem historiæ suæ adjecit. Vide *Xiphilinum*, qui suam epitomen *Dionis* his versibus claudit, Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων, &c. Ἀνδροκτασίης] Legitur hæc vox numero plurativo, *Il.* ε'. postremo versu, Παύσασαι βροτολοιγὸν Ἄρηα ἀνδροκτασιάων· ubi ἀνδροκτ. idem in abstracto, quod βροτολοιγὸς in concreto.

4 [d] *Vt cùm parturientem urget telum acutum feminam*
Acerbum, quod mittunt obstetrices Lucinæ,
Junonis filiæ, amaros dolores præbentes:
Sic acuti dolores perculerunt animum Atridæ.
5 [e] *Certè conficiam te, si posthac* tibi *occurram,*
Si nimirum & aliquis mihi Deorum adjutor est.
6 *Sagittarie, rabula, comatule, virginum-inspector.*
7 [f] *Haud* magìs *curo, quàm si me femina percussisset, aut puer*
Obtusum enim telum viri imbellis & vilis. (*stolidus:*
8 *Scio enim quòd ignavi recedunt à pugna:*
Qui verò strenuus est in prælio, hunc omnino oportet
Obsistere fortiter, sive feriatur, sive feriat alium.
9 [g] *Medicus enim vir multis æquiparandus* est *aliis.*
10 *Acer homo, statim vel insontem culpaverit.*

[d] *Psal.* 48. 6. John. 16. 21.
Tremor apprehendit eos, dolores ut parturientis. Sic *Esai.* 13. 8. *Jer.* 6. 24. & alibi sæpe.
[e] 1 *Sam.* 17. 14. Dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, &c.
[f] *Judic.* 8. 21. Qualis est vir, tale robur ejus.
[g] *Sirac.* 38. 1. Honora medicum.

βρυα εἰς φῶς ἐλθεῖν· quasi famulæ quædam, seu *Nymphæ* ancillantes *Lucinæ* in hoc obstetricandi munere. Φιλοσοφικῶς δὲ καὶ ἀλληγορικῶς, αἱ εἰς φῶς ἐλεύσεις καὶ προαγωγαὶ τῶν κυοφορουμένων. Unde illud non semel apud *Poetam*, Τόν γε μογοστόκος εἰλείθυια Ἐξάγαγε πρὸ φόωσδε καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγάς. Hinc & apud *Latinos Lucina* à *Luce*. Eadem autem *Lucina* & *Diana* & *Eilithya*; θεὰ scil. ἔφορος τῆς λοχείας. Eadem & *Luna*, quæ & propterea ὠκυτόκος σελάνα (à promovendo partu) dicitur à *Timotheo* Poeta apud *Macrobium*, *Saturn.* lib. 7. & *Plutarchum*, *Sympos.* 3. & Ὀρσιλόχεια, *Orsilochia* apud *Ammianum Marcellinum*, lib. 22. (uti rectè pro *Orsilodia* eam vocem reponit *Hadrianus Junius*, *Animadversionum* lib. 4. cap. 23.) & Προθυραία apud *Onomacritum* in *Hymn.* Ἄρτεμις εἰλείθυια, καὶ ἡ σεμνὴ προθυραία. *Horat.* Carm. secul. *Ritè maturos aperire partus Lenis Eilithya, tuere matres, Sive tu Lucina*, &c. Quare nullo modo assentiri possum doctissimo *Heinsio*, qui Εἰλείθυια dici vult ab *Hebræo* לילית (à ליל *Nox*) *nocturnus quidam Dæmon, Lamia, Strix, vel Empusa*; nec enim *Eilithya* erat *Lamia* vel *Empusa*, Dea puerperis læva, formidabilis, infesta, aut infausta; sed lenis, tutelaris, & propitia. Ad hunc porrò *Homeri*

meri locum respexit *Pausanias* in *Arcadicis*; Ἐιληθύια δὲ ἐποίησεν (*Homerus* scil.) ἐν Ἰλιάδι ὠδῖνας γυναικῶν μέλειν.

[e] ¶ Ἀνύω καὶ ἐξανύω, non solùm *perficio*, sed etiam *conficio*: hoc est, *interficio*: quanquam hæc significatio est aliquantùm ποιητικωτέρα, nec adeò usitata τοῖς ὕστερον Ἀττικοῖς. ¶ Ἐπιτάρροθος ab ἐπίρροθος, per Epenthesin syllabæ ταρ vel τα, ut ab ἀτηρὸς ἀταρτηρός. Ἐπίρροθος autem ὁ ἐπὶ ῥόθον θέων ut βοηθὸς ὁ εἰς βοὴν θέων, ad clamorem alicujus accurrens, adeóque succurrens & opem ferens. *Hesychio* tamen τάρροθος, βοηθός· quod sanè vocabulum pro suspecto haberem, nisi legissem non semel apud *Lycophronem*.

[f] Τοξ. λωβ.] Ὑφ᾽ ἓν & conjunctim legunt *Hesychius* & *Eustathius*: quorum hic passivè exponit; Ὦ φαῦλε τοξότα, ὦ αἰσχρὰν καὶ λωβώμενε τὴν τοξικὴν, dedecus & opprobrium artis tuæ; scil. Sagittariæ: *Sagittarie ignominiose*; Ille activè, Διὰ τόξων λωβώμενε καὶ βλάπτων, *arcu homines lædens*, seu *infestans*. Mallem tamen divisim legere, Τοξότα, λωβητὴρ, *Sagittarie, rabula*, seu *conviciator*: ut λωβητὴρ sit ὑβριστὴς, κέρτομος, ὀνειδιστὴς, λοίδορος. Et certè vox ipsa τοξότα per se εἰς ψόγον τίθεται. Φασὶν οὖν οὐκ ἐν γυναίοις τίθεσθαι τοὺς παλαιοὺς τὸν τοξότην· *Eustath.* Quippe apud antiquos ἡ πεζικὴ inhonestum & minimè generosum pugnæ genus habebatur, ità ut ipsum nomen *Sagittarii* in ignominiam cesserit. *Sophocles*, *Tragicorum* princeps, & Ὁμηρικώτατος, *Ajace*; Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν· (*Menelaus* ad *Teucrum*) ubi *Triclinius*, Διεβέβλητο ἡ τοξεία παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὡς μικροπρεπὴς τέχνη, καὶ φαύλη, καὶ ἀξιόλογον οὐδὲν ἐργάσασθαι δυναμένη. Vide & *Procopium* initio *Persicorum*: ubi ad hunc locum Poetæ respicere videtur. Postea tamen apud plerasq; gentes in pretio & honore esse cœpit hæc *ars Sagittandi*. Vide *Aschami Toxophilū*, *Anglicano* nostro idiomate conscriptum, ubi *Apologiam* τῆς τοξικῆς nervosam habemus & eruditam. Κέρα ἀγλαὲ] *Latinus* Interpres, *Cornu clare*. *Hesychius*, obscurè: Κέρα ἀγλ. τὴν τρίχα λαμπρὲ, τῷ τόξῳ ἀγαλλόμενε. *Schol.* Κ. ἀγ. καλλωπιζόμενε τῇ τοξικῇ, καὶ τῇ τριχώσει· κέρας γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τὴν τρίχωσιν ἐκάλουν. Ubi duplex glossema. Κέρατα igitur, contractè κέρα, hìc sunt vel *brachia* arcûs (quia ex cornu olim fiebant: unde & κέρας Synecdochicè pro arcu apud *Lycophronem*, ἐν χάρμαισι ῥαιβώσας κέρας) inter quæ, media pars arcûs, ubi scil. duo illa κέρατα committuntur, dicitur πῆχυς τοῦ τόξου, à similitudine cubiti humani quem & elbow, hoc est, *cubiti arcum* vocamus linguâ vernaculâ, quia arcûs in modum flecti & sinuari potest. Vel etiam Κέρατα sunt *crines*, vel potiùs *cincinni*. *Pollux Onom.* lib. 2. Κέρας ἡ κόμη. Ὁ καὶ Ὅμηρον δηλοῦν τινες ἔφασαν εἰπόντα τὸν Πάριν κέρα ἀγλαόν. Ut sensus sit, Κέρα ἀγ. κάλλιστε τὴν τρίχα, vel potiùs τρίχωσιν, comâ comptissime, capite muliebriter compto; quod (nî fallor) per τὸ κομᾶν intelligit *Apostolus*, 1 *Cor.* 11. & *Phocylides* per Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη· & *Martialis* per *Bellus homo est, flexos qui digerit ordine crines*: & *Juvenalis* per *Madido torquentem cornua cirro*. Et quid nî *cirrus* à Κέρας; (ut & κείρειν juxta *Plutarchum*) nam Κέρας non est simpliciter θρὶξ, sed κόμη, seu τρίχωσις, ἐμπλοκή τις τῶν τριχῶν, vel ἐμπλοκῆς τι γένος εἰς κέρατος τύπον· qualis *Atheniensium* κρωβύλος, de quo *Thucydides*, lib. 1. Et certè Κέρα hoc sensu, scil. βόστρυχοι, πλόχμοι, cirri, cincinni.

[g] Σῷ δαίμονι] Σῷ ἀγαθῇ τύχῃ, vel potiùs Σῷ

11 Τίς δ᾽ οἶδ᾽, εἴ κέν οἱ σῷ δαίμονι θυμὸν ὀρίναις
Παρειπών; ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.

Θεῷ· quæ formula & phrasis *Græcis* Autoribus frequens & tralatitia, præsertim in *prosa*: at σῷ δαίμονι pro σῷ Θεῷ vix nisi in *carmine* reperitur. *Theocr. Idyll.* 2. Ὡς τοῦτον τὸν καιρὸν ἐγὼ σῷ δαίμονι τίκω· id est, σῷ Θεῷ, vel ἀγαθῇ τύχῃ, ut exponit *Scholiastes*. Est enim & δαίμων μέση λέξις· & apud *Homerum* quidem, aliósque Autores *Ethnicos*, Δαίμων ἁπλῶς, & sine adjuncto epitheto ferè semper in bonum: éstque *Numen*, *genius*, *fortuna* (Τύχη vox ἄγνωστος τῷ ποιητῇ, ut dudum observârunt *Critici*: fortè & res ipsa.) *Bourdelotius* ad Heliodori *Æthiop.* lib. 1. *Homerus*, *qui omnia divino numini assignat*, *nè quidem* τύχης *dictione usus est*, (quod & *Macrobius*, *Saturnal.* lib. 5. cap. 16. aliique *Critici* observârunt) *nec us-*

quam

ni *Paridi* nostro, viro (si viro) molli & effeminato apprimè conveniunt: & meritò sequitur Παρθενοπῖπα· nam Ὀυδεὶς κόμητης, ὅςις ὀ -- ut inquit ille. ¶ Est autem Παρθενοπίπης, *Virginum observator, curiosus formarum inspector*; ὁ ὀπιπεύων καὶ περιβλέπων τὰς παρθένους καὶ ἐπιτηρῶν· &, ex consequenti, *lascivus, procax, mulierosus*, μαλακὸς, ἀνδρόγυνος, γύννις, θηλυδρίας, γυναικομανὴς, γυναιμανὴς, uti & idem *Paris* alibi appellatur.

g Ὀυχ ἀλέγω·] Hinc *Ucalegon* (nomen proprium viri apud *Virgilium*) qu. *negligens, incuriosus*. Κωφὸν γὰρ, &c.] Citat *Dio Chrysost. Orat.* 66. Imitatur *Virgilius*, Æn. 2. *Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu Conjecit*, id est, κωφὸν βέλος· *sine ictu, sine sonitu, mutum, surdum*. Κωφὸν βέλος, κατὰ σχῆμα γλυκύτητος· κωφὸς enim propriè de animalibus: apud *Homerum* tamen semper *Metaphoricè*. Ἔνθα σημειῶνται οἱ παλαιοὶ ὅτι κωφὸν οὐδέποτε Ὅμηρος ἐπὶ ἐμψύχου τίθησι· *Eustath.* in locum. Ὄυτ' ἀῤῥώςου πληγὴν, οὔτ' ἀνοήτου ἀπειλὴν δεῖ εὐλαβεῖσθαι· *Demophil. Pythag. Simil.* Sed & argumentum debile & infirmum, surdum & absurdum, κωφὸν βέλος eleganter dici potest. Quin & huc fortè spectat elegans illud dictum *Curtianum*; *Canis timidus vehementiùs latrat, quàm mordet*.

h Ἤτ' ἔβλητ', ἤτ' ἔβαλ'.] *Aut fer, aut feri*. Ἢ γὰρ ἀποκτεῖναι χρὴ ἢ πελάζειν· *Agatharchides* apud *Photium*. *Hauriendus aut dandus sanguis*; Romanus dux apud *Livium*. *Gladiatori hæc proposita sors est, aut occidere si occupaverit, aut occumbere si cessaverit*; *Agell.* l. 7. c. 3.

i Citant *Plato, Conviv. Julianus, Epist.* 45. Et *Neoterici* passim in *Encomio Medicinæ*. Celebre enim inprimis hoc carmen est in honorem *Medici*: adeóque omnium ore tritum, ac decantatum, ut μονοστιχὶ in proverbium abierit.

k Δεινὸς ἀνὴρ, &c.] Appositâ distinctionis notâ post ἀνήρ· & subaudi ἐςί. *Acer vir*, (scil. *Achilles*,) *adeò ut statim vel insontem culpaverit*. Quòd si tollatur ὑποςιγμὴ, seu interpunctio, facilè ex Hypothesi fiet Thesis, seu sententia generalis. Atque ità hunc versum legit *Chiliastes*, & sic interpretatur, *Forsan & innocuum culpet vir sævus & acer*. Quem & propterea notat *H. Stephanus* in *Animadversionibus in Adagia Erasmi*: (quasi scil. *Homeri* sensum perverterit) At fortean immeritò, καὶ ἀναίτιον, nisi ideo quis reprehendendum dixerit, quòd, ut alia complurima, ità & hoc etiam adagium fecerit, cùm sit dictum duntaxat γνωμικόν· quòd & præterea τάχα reddiderit *forsan*, cùm hoc adverbium apud *Homerum* nunquam significet ἴσως *fortè*, ut apud posteriores *Atticos*; sed semper ταχέως, *citò, statim*. *Vir acer, & qui vel insontem seu immerentem citò culpaverit*. Ità enim αἴτιος & ἀναίτιος *Homero* semper in malum. ¶ Δεινὸς (de persona) μέση λέξις, ut *Latinum* GRAVIS -& modò in laude, δεινὸς, σεμνὸς, αἰδοῖος, *gravis, reverendus*, modò in vitio ponitur, δεινὸς (ut hic) χαλεπὸς, σκληρὸς, αὐθάδης, ἄγριος, δύσκολος, ἀπηνής, μεμψίμοιρος, *rigidus, asper, durus, severus*; & (ut idem hic *Achilles* ab alio Poeta dicitur) *iracundus, inexorabilis, acer*: cujus δεινότης toti huic operi argumentum dedit. Est autem Δεινὸς ἀνὴρ, &c. proverbialis character usurpatus à *Cicerone, Epist. ad Attic.* lib. 13. *Plutarcho, De Adulatoris & Amici Discrimine, Aristænato*, lib. 2. *Ep.* 3. Μή με φιλοῤῥάφος ὢν καὶ ἀναίτιον αἰτιάσηται. Et alludit *Lucianus Dial.* Ἀναίτιον δοκεῖς μοι κατὰ τὸν ποιητὴν αἰτιᾶσθαι αὐτόν.

11 *Quis scit, an ei favente Deo animum commoveas Admonens?* [h] ***bona autem adhortatio est amici.***

h *Prov.* 27. 9. Bonis amici consiliis anima dulcoratur.

---

quam δαίμονα hoc significatu accipit. Rectè sanè. Addo ampliùs Δαίμων (absque epitheto) & Θεὸς apud *Homerum* sunt voces synonymæ, & promiscuè usurpantur. Ὅμηρος φαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοὺς θεοὺς ἔςιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων· *Plut.* lib. *De Oraculorum defectu*. At apud *Sacros* & *Ecclesiasticos* Scriptores semper in malum.

lum ponitur, pro *spiritu* scil. *malo, noxio,* & *impuro.* Τὰ μὲν γὰρ παρ' ἡμῖν θεῖα λόγια ἐδ' ὅλως ἀγαθὸν ὄιδεν ὀνομάζειν δαίμονα· *Euseb. Præpar. Evang.* lib. 4. quod & contra *Celsum* observat *Orig.* lib. 5. 'Αγαθὴ ἢ παρ.] Γνωμικὸν ἢ τὸ, 'Αγαθὴ ἢ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρε. *Eustath. Sententia proverbialis*, inquit *Erasmus.* 'Ημᾶς παρόντας χρὴ σε νυθετεῖν φίλα· 'Επικεῖαι γὰρ αἱ δὲ τοῖς φίλοις χάριν. *Eurip. Orest.* Καὶ παιδαγωγὸς ἢ ἄριστος ὁ φίλος·

m 'Ολίγη τε φίλη τε, scilicet ἑλλειπτικῶς· ut Δόσις δ' ὀλίγη τε, φίλη τε.
n 'Οι ἀκμῆτες τὸν κεκμηότας, Integri fessos

12 ——— m 'Ολίγη δ' τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο.
13 n 'Ρεῖα δέ κ' ἀκμῆτες κεκμηότας ἄνδρας ἀϋτῇ
'Ωσαιμεν.——— ———
14 o Νίζ' ὕδατι λιαρῷ, ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε.
15 --- p 'Ιητρὸν μὲν οἴομαι ἕλκος ἔχοντα
Χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.

(*impar congressus*) facilè superant. Hinc inprimis monent Doctores *Tactici*, reique Militaris magistri; "Hostes si fortè longo itinere aut prælio fatigatos aggredi: Milites item subsidiarios in procinctu, & succenturiatos habere, extra agmen clanculùm collocatos, qui integris viribus fessos jam hostes adoriantur. *Onosand. Strateg.* cap. 21. Καὶ ἄλλως ἐκ ὀλίγον ὤνησαν, ἀκμῆτες ἐπιλθόντες ἤδη κακοπαθοῦσι· τές τε γὰρ κεκοπακότας ἤδη τῶν φίλων ἀνέλαβον, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐκλελυμένοις ἀκμάζοντες ἐπέθεντο. *Veget. De Re Milit.* lib. 3. cap. 11. *Impar enim conditio est, lassum cum requieto, sudantem cum alacri, currentem cum eo, qui steterit, subire conflictum.* Hâc arte victus à *Cæsare Pompeius* in fatali illo prælio *Pharsaliæ*, ubi de imperio orbis terrarum certabatur. *Cæs.* lib. 3. *De Bello Civili*, testis hac in re locuples satis & ἀξιόχρεως, *Itâ cùm recentes atque integri defessis successissent, alii autem à tergo adorirentur, sustinere Pompeiani non potuerunt, atque universi terga verterunt.* ¶ 'Ακμὴς *indefessus*, ab α & κάμνω· (unde & ἀκάμας Epitheton *solis*, & ἄκμων *incus*, qu. *tuditibus infatigata*) ut ἀδμὴς *indomitus*, ab α & δαμάω. ¶ Κεκμηότες (& --ῶτες, 'Ανδρὶ ἢ κεκμηῶτι) pro -κότες. At κεκμηότες *Homero* defessi, κεκμηκότες *Aristoteli* & aliis *defuncti*; qui *Homero* καμόντες.

o Non sunt adhibenda acria remedia, ubi lenia locum habent; nec φάρμακα δειμέα καὶ πικρὰ καὶ δηκτικὰ, ubi ἤπια καὶ γλυκέα καὶ μαλακτικὰ sufficiunt. Hinc *Pindarus*, *Pyth.* 3. Μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς, & προσανέα φάρμακα *Æsculapio* tribuit: & *Pyth.* 4. Χρὴ μαλακὰν χέρα προσβάλλοντα τρώμαν ἕλκος ἀμφιπολεῖν. Eleganter verò mihi transferri posse videtur hic *Homeri* versus à re *Medica*, ad *Rempublicam*, & *Ethicam*, & *Politicam*, vitámque civilem: utpote in qua monita & consilia, addo etiam & supplicia ('Ιατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν αἱ κολάσεις· *Aristot. Ethic.* lib. 2. cap. 3.) non acria & aspera & acerba, sed mitia & mollia & moderata esse debent. Heus vos! *Medico-politici*, Viri Principes; & Magnates, 'Ιητροὶ πόλεων, sint ἤπια φάρμακα vestra; Χρῆσθ' ὕδατι λιαρῷ, πεφύλαχθε ἢ πῦρ ἀΐδηλον· Quin abstinete, quæso, cauteria; & cataplasmata potiùs & fomenta adhibete. Λιαρῷ.] ¶ Λιαρὸς per Aphæresin à χλιαρὸς· vel à λῶ *volo*, inquit *Etymologus*, λιλῶ, λιλαρὸς, καὶ ἀποβολῇ τοῦ λ' λιαρὸς, τὰ γὰρ προσηνῆ θέλομεν· vel ab ἱλαρὸς, inquit *Eustathius*, per Metathesin λιαρὸς· Hilaritas enim seu lætitia χλιαίνει seu ἰαίνει τὴν καρδίαν· (vide ἰαίνεσθαι, *Od.* ζ'.) contrà κρυερὸς γόος. Sic nimirum *Grammatici* suaviter ludunt Etymologiis, nósque & seipsos hilares reddunt.

p 'Ιατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν· Adagium, quo usus etiam *Dominus* in Evangelio; *Medice, cura teipsum. Est autem hoc proverbium*, inquit Cl. *Grotius*, *usu Hebræorum*, *Syrorum*,

Arabúmque

ὑπ' ὐδενὸς γὰρ ὕτως ἀβαρῶς ἐλέγχεταί τις πλημμελήσας ὡς ὑπὸ φίλυ. *Simplic.* cap. 37. *Comment.* in *Epictetum.* Imitari videtur *Gr. Nazianz. carm.* 3. Πολλῆς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀείσῃ· & alibi, Πατρὸς δὲ παραί φασίς ἐστιν ἀείσῃ. *Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat autoritas*; Cic. *De Amicitia.*

12 --- [i] *Modica respiratio à bello* grata est.
13 *Facilè integri defessos viros prælio*
Repuleritis. ———
14 [k] *Ablue aquâ tepidâ, & lenia medicamenta insperge.*
15 --- [l] *Medicum puto vulnus habentem*
Indigere & ipsum perito medico.

[i] 1 *Sam.* 2. 26. An perpetuò devorabit gladius? --quousque non dices populo, ut revertatur, &c. [k] *Prov.* 25. 15. Patientiâ lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. 2 *Tim.* 2. 24, 25. Servum Domini oportet mansuetum esse erga omnes, cum lenitate corripientem, &c. [l] *Luc.* 4. 23. Medice, cura teipsum.

Arabúmque tritissimum. Imò fortè etiam & *Græcorum*: nam παροιμιῶδές nescio quid sonat hic *Homeri* locus. Tritus certè versus ille Adagialis, qui exstat apud *Plutarchum De discrimine Adulatoris & Amici*, & *adv. Colot.* Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων· & *Nazianz. Apolog.* mutato duntaxat numero, Ἄλλυς ἰατρεύειν ἐπιχειρῦντες αὐτοὶ ἕλκεσι βρύοντες. Utitur & *Basilius*, lib. 2. cont. *Eunom.* Simile etiam quid occurrit apud *Æschylum, Prom.V.* quem vide. Torquetur autem hoc Adagium in medicum imperitum, vel etiam in *Doctorem, quem culpa redarguit ipsum*, juxta illud Satyrici, *Loripedem rectus*; & *Quis tulerit Gracchos?* Et videtur sanè *Homerus* hoc in loco ansam & originem illi proverbio dedisse. Δοκεῖ καὶ παροιμία δῦναι ἀρχὴν τῇ, Ἄλλων ἰατρὸς, &c. *Eustathius* ad locum. Νῦν δ' ὅμοιον πέπονθας ὥσπερ εἰ Ἱπποκράτης ἢ Δημοκήδης, ἢ καὶ ἄλλος τις τῶν πάνυ ἰατρῶν νοσήματι δυσιάτῳ πεπεσὼν ἀλλοτρίας χειρὸς πρὸς τὴν ἄκεσιν αὐτῦ προσδεηθῇ. Quod certè pace illius, cujus hæc verba sunt, (is autem *Philiscus* est in oratione ad *Ciceronem* exulem apud *Dionem Cassium*, lib. 38.) nihil mirum nec novum. Etenim ὐδεὶς φθόνος, imò ὐκ αἰδὼς medico ægrotanti etiam peritissimo (qualis hìc *Machaon* ἕλκος ἔχων, de quo *Homerus* suprà, Ἰητρὸς μὲν ἀνὴρ, &c.) alterius medici opem & operam desiderare. Ἰητρὸν μὲν ὀίομαι, &c. Medici enim, ὡς ἐπιπολὺ, alienos morbos faciliùs & feliciùs curant, quàm suos; *Nec prosunt domino*, &c. Et rationem assignat ille apud *Terentium, Heautontim.* *Ità comparata est natura hominum omnium, Aliena meliùs ut videant & judicent, quàm sua*: necnon *Cobares* apud *Curtium*, lib. 7. *Natura mortalium hoc quoque nomine prava & sinistra dici potest; quòd in suo quisque negotio hebetior est, quàm in alieno.*

Ἰλ. μ'.

1 [a]--- Θεῶν ἀέκητι τέτυκτο
Ἀθανάτων, τὸ καὶ ὄτι πολλὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν.
2 [b] Ἀργαλέον δέ με ταῦτα Θεὸν ὣς πάντ' ἀγορεύειν.
3 [c] Ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ,
Ὃς πᾶσι θνητοῖσι, καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.
4 [d] Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.
5 --- [e] Σοὶ δ' οὐ δέος ἔστ' ἀπολέσθαι·
Οὐ γάρ τοι κραδίη μενεδήϊος, οὐδὲ μαχήμων,
6 [f] Ὦ φίλοι, Ἀργείων ὅς τ' ἔξοχος, ὅς τε μεσήεις,
Ὅς τε χερειότερος (ἐπεὶ οὔπω πάντες ὁμοῖοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ) νῦν ἔπλετο ἔργον ἅπασι.
7 [g] Ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες,
Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ', ἀθανάτω τε
Ἔσσεσθ', οὔτέ κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην,
Οὔτέ κέ σε στέλλοιμι μάχην ἐς κυδιάνειραν.
Νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο
Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι·
Ἴομεν, ἠέ τῳ κῦδος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.
8 [h] Ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον· πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον.

[a] Divina planè ſententia, & θεολογικωτάτη, ſi mutato duntaxat numero dicas Θεοῦ pro Θεῶν. Nihil firmum nec ſtabile, quod fit Diis iratis, vel (ut *Virgilius*) *Sine numine Divûm*, vel (ut *Horatius*) *Jove non probante*, vel potiùs (Ὁμηρικώτερον ἅμα καὶ Χριστιανικώτερον λέγειν) quod Θεοῦ ἀέκητι τέτυκται. *Æſchyl. Agam.* Τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται; *Virg. Æn.* 2. *Heu! nihil invitis fas quenquam fidere Divis. Dio Chryſoſt.* Orat. 32. Καθόλου δὲ οὐδὲν εὔδαιμον, οὐδ' ὠφέλιμον, ὃ μὴ κατὰ γνώμην καὶ δύναμιν τῶν Θεῶν ἀφικνεῖται πρὸς ἡμᾶς. *Socrat. Epiſt.* 1. Πολλοῖς δὲ πολλὰ καὶ τῶν ἄλλων εἴρηται ποιητῶν περὶ θεῶν· καὶ ὅτι τὰ μὲν κατὰ τὴν αὐτῶν βούλησιν πραττόμενα ἐπὶ τὸ λῷον ἐκβαίνει, τὰ δὲ παρὰ Θεὸν ἀλυσιτελῆ ὑπάρχει τοῖς πράξασι· quibus verbis fortean ad hunc *Homeri* locum reſpexerit ille ἀνδρῶν σοφώτατος. Θεοῦ ἀέκητι nihil firmum, nihil tutum; nec murus aheneus, nec arx adamantina. Contrà, Θεοῦ ἰότητι tuta omnia & ſecura, etiam (in ſe) ἀβληχρὰ καὶ ἀσθενῆ· nam Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, ut eſt in proverbio.

[b] Citat *Boethius*, libro 4. *De Conſolatione*: ubi legit Θεῶν ὥς· quod & ità explicat his verbis ſequentibus, *Neque enim fas eſt homini cunctas divini operis machinas, vel ingenio comprehendere, vel explicare ſermone.* Sed Θεὸν ὥς & omnes codices habent, & locus poſtulat; cujus ſententiam hoc diſticho utcunque expreſſimus. Omnia, quæ dicenda, poteſt is, qui omnia novit, Dicere: Sed *non vox hominem ſonat*; eſt Deus ille.

[c] Καὶ γὰρ δὴ μακάρεσσι Θεοῖς πείθεσθαι ἔοικε· *Q. Calab.* Πάντα λῆρος πρὸς τὸ πείθεσθαι τῷ Θεῷ· *Ariſtid. Orat.* 9. ἱερῶν. Ἄγε δὴ οὖν, τῷ Θεῷ πειθώμεθα, ἵνα μὴ θεοχόλωτοι ὦμεν· *Arrian.* in *Epict.* lib. 3. cap. 1. *In regno nati ſumus; Deo parere libertas eſt*; Sen. *De Vita beata.* Cui conſonat *Philo* lib. *De Regno*; Θεῷ δουλεύειν, οὐκ ἐλευθερίας μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλείας ἄμεινον.

[d] Citant *Ariſtoteles, Rhetoric.* libro ſecundo, capite 22. *Diodorus Siculus* de *Epaminonda*; *Cicero, Epiſt. ad Attic.* lib. 2. Τιμῆέν τε γάρ ἐστι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι Γῆς πέρι, καὶ παίδων, κουριδίης τ' ἀλόχου· *Tyrt.* Ἱερῶν πατρῴων δ' ὅστις ὢν μομφῆς ἄτερ τέθνηκεν, οὗτος τοῖς νέοις θνήσκειν καλόν· *Æſchyl.* Ἑπτ. ἐ. Θ. quod ex hoc *Homeri* verſu deſumptum putat *Scholiaſtes*. Nec dubium, quin hùc reſpexerit idem *Cicero De Senectute*; *Optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reipublicæ ſalute gererentur.* Feſtivè autem hunc verſum πεπαρῴδηκε neſcio

IL. 12.

1 --- [a] C*ontra Deorum consilium fiebat*
Immortalium, quocirca & haud multo tempore durabat.
2 *Difficile* est *me hæc, Deum ceu, omnia recensere.*
3 [b] *Nos autem magni Jovis obediamus consilio,*
Qui omnibus mortalibus & immortalibus imperat.
4 [c] *Unum augurium* est *præstantissimum pugnare pro patria.*
5 --- *Tibi verò nullus est pereundi metus,*
Non enim tibi cor bellicosum, nec pugnax.
6 [d] *O amici, Argivorum quiq; præstantior, quique medioxumus,*
Quique deterior, (quoniam non omnes similes
Viri in bello) nunc est opus & negotium *omnibus.*
7 *O amice, si bello isti superstites,*
Perpetuò jam essemus seniique expertes, & immortales
Futuri; neque ipse certè inter primos pugnarem,
Neque te instruerem pugnam ad illustrem:
Nunc verò quando fata instant mortis
Infinita, quæ mortali non licet effugere neque vitare,
Eamus, & *vel alicui gloriam dabimus, vel aliquis nobis.*
8 [e] *Quin* agite *simul-sequimini; multorũ quippe opus melius* est.

[a] *Prov.* 21. 30. Non est consilium contra Dominum. *Act.* 5. 38. Si est ex hominibus (& non ex Deo) consilium hoc, aut opus dissolvetur.

[b] *Act.* 5. 29. Obedire oportet Deo magìs quàm hominibus.

[c] 2 *Sam.* 10. 12. Pugnemus pro populo nostro, & pro civitate Dei nostri.

[d] 1 *Cor.* 12. 21, 22. Non potest oculus dicere manui, Operâ tuâ non indigeo: aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii. Sed multò magìs quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt.

[e] *Prov.* 11. 14. In consiliariorum multitudine est salus. *Eccles.* 4. 9. Duo (vel plures) præstant uni.

---

quis ὀψοφάγος apud *Dipnosophistam*, lib. 6. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμυνέσθαι περὶ δείπνου· & fidenter satìs Pyrrhus apud *Plutarchum* in *Vita Pyrrhi*. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ Πύῤῥου.

[e] *Pindarus*, *Olymp.* 1. Ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει· ad quæ verba hunc *Homeri* locum citat *Scholiastes*. Hùc pertinet Proverbium illud apud *Cornelium Nepotem* in *Thrasybulo*; *Matrem timidi flere non solere*: & versus ille *Anacreontis*, *Antholog. Gr. Epigr.* l. 3. Ἄρης οὐκ ἀγαθῶν φείδεται ἀλλὰ κακῶν. Μενεδήϊος, *bellicosus*; ut μενεπτόλεμοι, μενεχάρμης, & οἱ. Μενεδήϊος autem & μαχήμων, ἐκ παραλλήλου· prius explicatur per posterius.

[f] ¶ Χερειότεροι, à χερείων, & χειρότεροι à χείρων. *Comparativum* à *comparativo*; ut, à λωΐων λωΐτεροι, à ῥᾴων, ῥᾳΐτεροι, ῥηΐτεροι à μείζων μειζότερος in *N. T.* à πλείων πλειότεροι (nî fortè à πλεῖος) sic & *Comparativa* à *Superlativis*; ut à λάλιστος λαλίστεροι, ab ἐλάχιστος ἐλαχιστότερος itidem in *N. T.* Unusquisque (ut *miles* in *bello*, sic & *homo* in *mundo*) opus suum ac pensum à Deo demandatum habet, cujuscunque gradûs aut statûs aut conditionis fuerit, (ἐπεὶ οὔπω πάντες ὁμοῖοι Ἀνέρες ἐν κόσμῳ) sive ἔξοχος, sive μεσήεις, sive χερειότερος. Et *est aliquid in secundis tertiisve consistere*. In corpore *polemico* opus est pedite; & in corpore *politico* (ut in corpore *naturali*) opus est pede, & opus est pedi, (plebeio) perinde ac capiti (principi).

g Hanc sententiam proculdubio expressit *Theopompus* apud *Clementem Alexandrinum*, *Strom.* 6. Εἰ μὲν γὰρ ἦν τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας ἀεὶ διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν. νῦν δὲ τοσαῦται κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις θάνατον αἱρετώτερον εἶναι δοκεῖν. Et *Lysias*, Orat. fun. *in Auxil. Corinth.* Εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε ἦν τοῖς τοὺς ἐν πολέμῳ κινδύνους διαφυγοῦσιν, ἀθανάτους εἶναι τὸν λοιπὸν χρόνον, &c. Videtur etiam hunc locum respicere, imò adumbrare *Cicero*, *Phil.* 10. *Quòd si immortalitas consequeretur præsentis periculi fugam*, &c. *Cùm verò dies & noctes omnia nos undique fata circumstent*, &c. Nec multùm hinc abludit illud Pindari *Olymp.* 1. Θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος; *Æschyl.* Οὔτ' ἐν στέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον. *Demosth.* Περὶ στεφ. Πέρας μὲν γὰρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. qui locus citatur à *Clemente Alexandrino*, *Strom.* 6. & à Philostrato in *Vitis Sophistarum* affertur in exemplum τῆς τοῦ Δημοσθένους δεινότητος. Alludere videtur *Mimnermus*; Κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι. *Mille modi mortis.* Οὐδὲ γὰρ μία ὁδ'

Ἰλ. ν'.

1 [a] Γλακτοφάγοι, ἀβιοί τε, δικαιότατοι ἀνθρώπων.
2 —[b] Ἀείγνωτοι δὲ θεοί περ.
3 —[c] Ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν.
4 [d] Ὑμεῖς δ' οὐκέτι καλὰ μεθίετε θούριδος ἀλκῆς
Πάντες ἄριστοι ἐόντες ἀνὰ στρατόν· οὐκ ἂν ἔγωγε
Ἀνδρὶ μαχεσσαίμην, ὅς τις πολέμοιο μεθείη
Λυγρὸς ἐών, ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι.
5 [e] Ὦ πέπονες, τάχα δή τι κακὸν ποιήσετε μεῖζον
Τῇδε μεθημοσύνῃ· ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος
Αἰδῶ καὶ νέμεσιν. ———
6 [f] Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
7 [g] Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν.
8 ——— [h] Ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν·
Ἔνθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη·
Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός,
Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει,
Ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει
Κῆρας ὀϊομένῳ, πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων.

[a] Γλακτοφάγοι] *Sauromatæ* scil. seu *Scythæ Nomades*, qui & Ἱππημολγοί, quia pastoralem vitam degentes lacte equino præcipuè vescebantur. *Venit & epoto Sarmata pastus equo*; Martial. Nec tantùm *Scythæ* isti *Nomades*; sed & alii multi olim γλακτοφάγοι, vel potiùs γαλακτοπόται, & solo lacte vitam tolerârunt: teste *Athenæo*, *Diphnosoph.* lib. 2. Καὶ πολλὰ δὲ ἔθνη γαλακτοποτοῦντα ζῇ. Quid quòd *Zoroastres*, *Magiæ ille parens, lacte solo in cibo potúque omni vitâ est usus*; inquit *Fromondus* lib. 1. cap. 2. *De Anima.* Et videtur sanè lac maximè proprium & genuinum esse humani corporis alimentum: hinc à natura datum infantibus, deinde senibus, qui *bis pueri*. Ἀφικνοῦνται παρ' Ἀλέξανδρον πρέσβεις παρά τε Σκυθῶν τῶν Ἀβίων καλουμένων, οὓς Ὅμηρος δικαιοτάτους ἀνθρώπους εἰπὼν ἐν τῇ ποιήσει ἐπῄνεσεν. *Arrian.* Exp. *Alex.* lib. 4. in initio. Γλακτοφάγοι per Syncopen, pro Γαλακτοφάγοι. Ἀλλὰ καὶ τοὺς μὲν Ὁμήρου Γαλακτοφάγους, καὶ τοὺς Γαλατῶν Δρυΐδας, &c. *Orig.* contra *Celsum*, lib. 1. Ubi (ut & nonnulli Interpretes hoc in loco *Glactophagi*) pro proprio nomine seu *Gentili* videtur accipere. Alii appellati-

ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου αἰτία· διαφορεῖ δὲ οὖσαι εἰς ἓν τέρμα βίου συντελοῦσιν· *Herodian.* lib. 1. Ἀλλὰ τὸ μοιρέων νῆμ' ἄλυτον, οὐδέ ποτ' ἐστὶν Ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα. *Phanocles* apud *Clementem Alex. Strom. 6.* ubi & integrum hoc *Homeri* hexastichon citatur.

[b] *Thucydides* (qui & ipse summus *Homeri* imitator, teste *Demetrio Phalereo*) hùc etiam alludit; sed tectè & occultè, pro suo more: *lib.* 2. Τὰ δὲ πολλὰ διὰ πλειόνων, καὶ ἄμεινον παρεσκευασμένων τὸ κράτος ἐστί. *Apollon. Argon.* 4. Πολέων δέ τε μῆτις ἀμείνων. (quod hemistichium citatur à Clarissimo *Cujacio* ad illa verba *Justiniani Institut.* lib. 2. cap. 14. *Hæredes instituere permissum secundum plurium sententias*) *Multorum manibus*, &c. *Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμ. 2. in fine; Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη. Fortè & hùc referri poterit dictum illud Adagiale (quod in Proverbiorum album mittit *Apostolius, Centur.* 19.) Τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ· in suffragiis scil. ferendis. Unde & formula illa apud *Romanos* solennis, (*Brisson.*) *Hæc pars videtur esse major.*

IL. 13.

1 L*Acte vescentes, tenuique-victu contenti, justissimi* ferè (sunt *hominum.*
2 ——— [a] *Facilè cognoscuntur Dii.*
3 -- [b] *Facilè-sanantur* & mutantur in melius *animi bonorum.*
4 [c] *Vos haud pulchrè* nec honestè *remittitis strenuum vigorem,*
Omnes fortissimi qui estis in exercitu: non equidem
Virum objurgaverim qui pugnâ cedat,
Imbellis cùm-sit; vobis autem succenseo prorsus ex animo.
5 [d] *O molles, mox jam aliquid malum admittetis gravius*
Præ hac pigritia; verùm in mente habete singuli
Pudorem & indignationem ———
6 *Clypeus clypeum fulciebat, galea galeam, virum autem vir.*
7 [e] *Collatæ* in unum *vires hominũ etiam valdè imbellium* prosunt.
8 -- *Ibi* in conflictu scil. bellico *maximè virtus elucescit virorũ:*
Ibi, & qui timidus, quique fortis facilè *apparet.*
Meticulosi enim mutatur subinde *color aliàs aliò,*
Nec ut quietè sedeat, continetur in præcordiis animus,
Sed flexis-genibus-subsidit, & alternando pedes modò hàc modò (*illàc inclinat,*
Ei verò cor valdè in pectore palpitat
Fatum præsagienti, stridor autem fit dentium.

[a] *Psal.* 9. 16. Notus est Dominus per judicia. *Psal.* 76. 1. Notus in Judæa Deus.
[b] *Prov.* 21. 11. Cùm eruditur (*& admonetur*) sapiens, percipit scientiam. *Prov.* 24. 16. Septies cadit justus, & resurgit.
[c] *Matt.* 25. 15. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum; unicuique secundum ipsius facultatem. *Luc.* 12. 48. Cui multum datum est, multum requiretur ab eo.
[d] *Eccles.* 10. 18. Pigritiâ humiliabitur contignatio, & infirmitate manuum perstillabit domus.
[e] *Eccles.* 4. 12. Si vincatur unus, resistent duo: & triplex funiculus haud facilè rumpitur.

---

appellativum faciunt, *Lacte-vescentes.* Sed & de voce Ἄβιοι eadem inter *Criticos* lis & dividia est. Sitne nomen *Gentile* an *appellativum*, *Grammatici certant:* & an à βία, aut βίος, aut βιὸς derivetur.

derivetur. Vide *Eustathium* & *Scholiasten*. *Casaubonus* certè ad *Strabonis* lib. 7. animadvertit *Abios Arriano*, *Curtio*, *Ammiano* nomen proprium videri, non Epitheton. (Sunt tamen qui hìc *Longævos* vertunt, qu. μακρoβίες, ut α sit intensivum). .*Legati Abiorum Scytharum superveniunt* .-*Justissimos hominum constabat*. *Curt*. lib. 7. respiciens proculdubio ad hunc *Homeri* locum. Ὁ λόγος ἀλληγορούμενος γάλα. τοιῦτόν τι καὶ Ὅμηρος ἄκων μαντεύεται, τοὺ δικαίους τῶν ἀνθρώπων γαλακτοφάγους καλῶν. *Clem. Alex. Pædag*. lib. 1. cap. 6. Τούτους (*Scythas* scil.) γαλακτοφάγους μὲν καὶ ἀβίους καὶ δικαιοτάτους ἀνθρώπων Ὅμηρος ἔφησεν· *Niceph. Greg. Histor*. lib. 2. Justissimi sunt qui minimo contenti: & innocentissimè agunt eæ gentes, quarum victus est simplicissimus. Et in hanc sententiam hunc *Homeri* versum citat *Philo* lib. *De vita Contempl*. Hùc pertinet dictum *Diogenis*, Ὀυ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι. *Hæc continentia morum quoque illis justitiam indidit*; ait *Justinus* de *Scythis*. Siquidem *Bona mentis soror est paupertas*, *Petron. Arb*. & Frugalitas ferè mater justitiæ. Contrà Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται. *Theogn*. (quod tamen *Pindari Scholiastes Olymp*. 13. per μνημονικὸν, opinor, ἁμάρτημα *Homero* tribuit) & *Pars vilissima rerum Certamen movistis opes*. Lucan.

[b] Erant tamen etiam Θεοὶ ἄγνωστοι· unde & Ara illa *Athenis* Ἀγνώστῳ Θεῷ, Πραξ. ἀποστόλ. cap. 17. cujus meminit & *Lucianus*, Νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, ἐλλειπτικῶς· & *Pausanias* in *Atticis*, aras ait *Athenis* fuisse Θεῶν ἀγνώστων· & *Apollonius* apud Philostratum, lib. 6. Σωφρονέστερον γὰρ τὸ περὶ πάντων θεῶν εὖ λέγειν καὶ ταῦτα Ἀθήνησιν, οὗ καὶ ἀγνώστων δαιμόνων βωμοὶ ἵδρυνται· *Lucanus* lib. 2. Etiam *Judæis* hoc impingit; quasi & illi Θεὸν ἄγνωστον coluissent: perperam & imperitè: nam si uspiam gentium, profectò, *Notus in Judæa Deus*, uti canit regius *Psaltes*, veriórque *Lucano* vates.

[c] Ἀκεσταὶ, *sanabiles, placabiles*, εὐίατοι, εὐκατάλλακτοι· *Hesych*. qui & hanc vocem explicans integrum hoc *Homeri* hemistichium adducit. Ἀκέστωρ *medicus*, & ἀκεσορία *medicina*. Ἀκέστραι *acus*; quibus scil. laceræ vestes sanantur & resarciuntur. Bonorum mentes sunt sanabiles: malorum contrà insanabiles & implacabiles. ἀνίατον γὰρ ἡ ἀνίατος ἡ κακία· præsertim cùm jam altas radices egit; & κακὰ paulatim gliscendo & grassando fiunt ἀνήκεστα· & *serò* & frustrà *medicina paratur*, *Cùm mala per longas invaluere moras*. *Menand*. Ἀνυπόστατον ἐστὶν ἡ πονηρία· *Soph. Antig*. Ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκέτ' ἔστ' ἀνὴρ Ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν Πεσὼν ἀκεῖται, μηδ' ἀκίνητος πέλει. Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι *Æschyl. Prom. V*. Viri boni capiunt & admittunt hæc remedia; monita scil. & præcepta salutaria; unde ἀκεσταὶ eorum φρένες· Mali contrà respuunt & aversantur; unde ἀνήκεστα & ἀνίατα eorum vitia. Et certè tam animi quàm corporis morbi, quò δυσιατότεροι, eò pejores. ἀσωτία ergò melior quàm ἀνελευθερία· quia εὐιατοτέρα, inquit *Philosophus*, *Eth*. lib. 4. cap. 1. Et *incontinens* quàm *intemperans*; εὐιατότερος γὰρ διὰ τὸ μεταπεισθῆναι ἄν. Idem *Eth*. lib. 7. cap. 2.

[d] Totum hunc locum citat *Plutarchus* lib. *De Discrimine Adulatoris & Amici*. Λυγρὸς] ¶ Κακὸς, δειλὸς, *naturâ meticulosus* & *segnis*: Quò autem plus naturæ, eò minùs voluntatis & culpæ. Naturâ timidum vix unquam fortem efficies. Morbi enim naturâ insiti ægriùs sanantur; imò ἀνίατοι, juxta *Græca* illa proverbia *Aristoph*. Pace, Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν· & Ὀυδ' ποτ' ἂν θείης λεῖον τὸν τρηχὺν ἐχῖνον. Sic & Οὔποτε ποιήσεις λυγρὸν κρατερῶς πολεμίζειν. Usque adeò *recurrit natura, furcâ licet expellas*. Ὑμῖν δὲ] *Duo cùm faciunt idem, non est idem*; nec si peccant, perinde peccant. Ὑμῖν δ'. Καὶ σὺ, τέκνον;

[e] *Plut*. Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. *Timotheus* apud eundem ibidem. Σέβεσθ' αἰδῶ συνεργὸν ἀρετᾶς δορυμάχου. Hinc fortes & strenui bellatores dicuntur αἰδόμενοι. supr. *Il*. ε'.

[f] *Hæret pede pes densúsq*; *viro vir*. Ποῦς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, Ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στάς· *Eurip. Heraclid*. Virg. *Defendit numerus*, &c. Vide sententiam sequentem. Citat hunc versum *Polybius*, lib. 17. & Numen. apud *Euseb. Præp. Evang*. l. 14. (de *Conflictu Philosophorum*) Et veteres Tactici Testudinis bellicæ (quæ *Gr*. Φάλαγξ & Συνασπισμὸς) ab *Homero* hìc exemplum esse volunt, refragante tamen *Lipsio*, quem vid.

vid. *Poliorcet.* lib. 1. *dialog.* 5. Μιμνῆλοι σακέεσσιν ἐπυργώσαντο χελώνην· Ἔγχεϊ μὲν σατὸν ἔγχος ἐρείδετο· κεκλιμένη δὲ Ἀσπὶς ἔην περιθήλυμος ἀμοιβαδὶς ἀσπίδι γείτων Στεινομένη, καὶ ἔνδυπε λόφῳ λόφος, ἀγχιστινὴς δ᾽ Ἀνδρὸς ἀνὴρ ἔψαυε. *Nonn. Dionys.* lib. 22. Tanto nimirum ambitu strepitúque verborum vates ille διθυραμβώδης id exprimere satagit, quod *Homerus* unico hoc versu breviter & rotundè extulit, Ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽. &c. Et quisquamnè satis miretur eorum insulsitatem, qui *Panopolitam* istum cum poetarum Rege conferendum putent? *Statius* haud paulò elegantiùs. *Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo, Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis. Silius Ital. Pes pede, virque viro teritur. Curtius,* lib. 3. *Viro vir, armis arma conserta sunt.* Est porrò hæc scutorum connexio (*Græcè* Συνασπισμὸς, *Latinè* TESTUDO) optimum emblema concordiæ: Ideóque recitavit hunc versum *Lacedamoniis Isæus Sophista*, cùm de urbe mœnibus cingenda consultarent. Ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽, &c. *Et sic,* inquit, *sic vos state, Lacedæmonii, & muris satis muniti & septi sumus.* Οὕτω στῆτε Λακεδαιμόνιοι, καὶ τετειχίσμεθα· (*Philostrat.* in *Vitis Sophistarum* in *Isæo.*) viz. *Sat tuti,* si *toti,* sat *muniti,* si *uniti.* Contrà, Καθ᾽ ἑκάστους βλαπτόμενοι, ξύμπαντες κινδυνεύομεν· *Hermocrates* apud *Thucydidem*, lib. 4. & *Britanni* (apud *Tacitum* in *Vita Agricolæ.*) *Dum singuli pugnant, universi vincuntur.* Nempe Ὁμόνοια μέγιστον ἀγαθὸν δοκεῖ ταῖς πόλεσιν εἶναι· Xen. *Concordia arctissimum atque optimum in Republica vinculum incolumitatis; Cicero* apud *Augustinum* lib. 1. De *Civitate Dei.* Contrà, στάσις μάλιστα φθείρει τὰς πόλεις· *Hermocrates* apud *Thucydidem* libro jam laudato. Notum hanc in rem *Scyluri Scythæ* exemplum apud *Plutarchum* & *Æsopum.*

g Ἄπιον ἰσχὺς τοῖς ἀσθενέσιν ὁμοφρονοῦσιν· *Dionys. Hal. Rom. Ant.* lib. 4. *Defendit numerus, junctaque umbone phalanges;* Juven. *Sat.* 2. *Vis unita fortior.* Et *Quæ non prosunt singula, juncta juvant.* Ἔστι γὰρ ἕκαστος μὲν χείρων κριτὴς τῶν εἰδότων, ἅπαντες δὲ συνελθόντες ἢ βελτίους, ἢ οὐ χείρους· *Aristot. Polit.* lib. 3. cap. 7. Μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ᾽ ἂν, καὶ μέγας ὀρθοῖθ᾽ ὑπὸ μικροτέρων· *Soph. Ajac.* ubi hunc *Homeri* versum affert *Scholiastes.* Citat & *Aristid.* Sophista tom. 3. *Orat. Platon.* simile illud quod paulò antè præcessit, *Il.* μ'. Πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον· Vide ibi. ¶ Συμφερτὴ] *Hesych.* Συμφερτὴ (leg. συμφορητὴ) συναχθή. *Eustath.* συνάξιμος, ἤτοι συνοιστή·

¹ Ὁ πρέσβυς ἡμῶν præ aliis τιμᾷ πρεσβυτέρους ἀνθρώπους cæteris paribus, siquidem Αἰ πολιαὶ (Cum νῷ γεραρώτεραι. Deus autem honcrat senes, quatenus vult ut ab hominibus honorentur. Τίμιον γὰρ τὸ γῆρας παρὰ πᾶσι. Inprimis apud *Lacedæmonios*: quod olim observans nescio quis dixit, Ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν. *Apud antiquissimos Romanorum --majores natu à minoribus colebantur, ad Deûm propè & parentum vicem --Eúmque morem accepisse Romanos à Lacedæmoniis, traditum est. Agell.* 2. 15. Hinc affinia sunt *Senatus* & *Senectus*, Γέρας & Γῆρας, (*Astrampsych*. Onirocrit. Γέροντα σαυτὸν εἰ βλέπεις, ἕξεις γέρας.) Πρέσβυς Πρεσβύτης & Πρεσβύτερος, quia sc. senibus debetur honor & reverentia, quæ certè, quantulacúnque hodiè fit, *Magna fuit quondam*. Vid. *Plat*. de Rep. 1. *Cic*. de Senect. *Juncum* de Senect. apud *Stob*. aliósque.

Il. 24.

1 [a] PUdor qui homines valdè lædit & juvat.
2 [b] *Patientem enim fata animum indiderunt hominibus.*
3 ———— *Indignemur ei nos,*
Insensibilem enim jam terram contumeliose-tractat sæviens.
4 *Fili mi,* [c] *quoúsque flens & mœrens*
Tuum rodes cor, memor neque cibi
Neque cubilis? ———— *(lestus.*
5 *Neque enim imprudens est, neque inconsideratus, neque sce-*
Sed valdè humanitèr supplici parcet viro.
6 [d] *Crudelis & infidus vir iste, non tui miserebitur;*
Neque te quicquam reverebitur ————

[a] *Sirac*. 20.23. Est qui perdit seipsum pudore.
[b] *Job*. 5.7. Homo nascitur ad laborem (seu ærumnā.)
[c] 1 *Sam*. 1. 8. Cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? *Prov*. 15. 13. Mœrore animi spiritus frangitur.
[d] *Deut*. 28. 50. Gentem impudentem, quæ non revereatur senem, nec misereatur parvuli. *Jer*. 50. 42 Crudeles erant, neque utentur misericordiâ.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος, Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις. *Eurip*. Orest. Quin & huc spectat senarius ille (ex eodem *Eurip*. Belleroph.) quo *Crantor* apud *Laert*. multùm delectatus. Οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν. Θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν, Ὦ φίλ', ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν Φάρμακον. *Archiloch*. apud *Stob*. Τλητὸν] ¶ pro τλήμονα, *tolerantem*, *patientem*, ἀνεξίκακον, *activè*, præter regulam (nam alioqui Τλητὸς, est οἰσὸς, *tolerandus*, seu *tolerabilis*. *pass*. unde ἄχος ἄτλητον *dolor intolerabilis*, suprà *Il*. τ. & Τλῆθι λέων ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ. Orac. in insomniis *Hipparcho* datum apud *Herod*. Terps.

juxta

juxta analogiam verbalium in -τος, quæ omnia -passivè significant) Sic μενετοὶ Θεοὶ dixit *Aristoph.* Avib. pro. ἀνεξικάκως, *patientes*: & *Oves hiemis tolerabiles*, *Columel.* 1. 7. pro *tolerantes*. Et *intolerabilis*, vetus Poeta *Afranius*, pro *impatiens*.

c Rectè Κωφὴν γαῖαν, nec enim *Hectorem*. *Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles: lacerari eum & sentire, credo, putat-- Vidi---curru Hectorem quadrijugo raptarier. Quem Hectorem? aut quamdiu ille erit Hector? Meliùs Accius & aliquando sapiens Achilles, Imò enimverò corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli. Non igitur Hectora traxisti, sed corpus quod fuerat Hectoris.* Cic. Tuscul. 1. Ὅμηρος ἀπὸ τῆς παλαιᾶς καὶ θείας ἱστορίας μαθὼν τῆς λεγούσης, Γῆ εἶ &c. τὸ ἄψυχον τοῦ Ἕκτορος σῶμα κωφὴν ὀνομάζει γῆν. *Just. Mart.* Protrepr. Vid. & *Arist.* Rhet. 2. 3. & *Sext. Empir.* adv. Mathemat. Hinc etiam desumptum videtur illud *Moschionis* apud *Stob.* Τί κέρδος οὐκ ἔτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς; Τί τὴν ἄναυδον γαῖαν (i.e. κωφὴν γαῖαν) ὑβρίζειν πλέον; *Soph.* Antig. Τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν; ubi Schol. hunc *Homeri* versum adducit. Nihil autem magis barbarum nec inhumanum quàm *sævire in mortuos*, & *cum larvis luctari*, & occisorum cadavera contumeliosè tractare, & denique κωφὴν γαῖαν αἰκίζειν. (Quid enim hoc aliud est quàm *jugulare mortuos*, νεκροὺς ἀποσφάττειν, ut est in Proverb. apud *Diog. Laert.* in *Menedemo*? Cui geminum & alterum illud Græcorum adagium, Νεκρὸν μαστίζεις, *Mortuum flagellas*: quod tamen non propriè de plagis seu verberibus manu inflictis, sed metaphoricè de Linguæ flagello, probris sc. & maledictis in mortuum jactatis intelligitur, ut & Latinum illud suprà dictum *Cum larvis luctari.*) Quod cùm *Achilles* hìc facit, in hoc sanè non *Achillem* se, nec heroa, nec θυμολέοντα, nec leonem, sed leporem præstat; nam & Νεκροῦ σώματα λέοντος ἐνυβρίζουσι λαγωοί.

d Fortean hùc respexit *Virgil.* Æn. 12. *Nec te tantus edat tacitam dolor. Hom.* de Bellerophonte *Il.* ζ. Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων· h. e. interprete *Cicerone*, *Ipse suum cor edens hominum vestigia vitans. Horat.* Epist. 2. l. 1. *Siquid est animum, differs curandi tempus in annum.* Phocyl. Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ. *Aristoph.* Vesp. Ἐγὼ τοῦτον --ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν. Et hinc fluxit symbolum illud Py-

7 g Ὤμοι ἐγὼ πανάποτμος, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους,
———— Τῶν δ' οὔτινά φημι λελεῖφθαι.
8 h Τοὺς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται,
Ψεῦσταί τ', ὀρχησταί τε, χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι,
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.
9 i Ἐσθλὸν γὰρ Διὶ χεῖρας ἀνασχέμεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ.
10 ———— k Κύρῳ αἰσυητῆρι ἐοικώς,
Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.
11 l Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

g Integro versu hìc expressit Poeta id quod unâ voce antea dixerat in feminino δυσαριστοτόκεια. *Il.* σ. Contrà Ἀριστογόνος dicitur *Alcmena* apud *Pindarum* & Καλλιτέκνεια *Martia* apud *Oppian.* Est autem δυσαριστοτόκεια vox eleganter comp. vel potiùs decomposita, q. d. ἐπὶ κακῷ τεκοῦσα τὸν ἄριστον. *Eurip.* Troad. Κἄνταῦθ' ἀριστεύοντ' ἐγεινάμην τέκνα, Κἀκεῖνα τ' εἶδον δορὶ πεσόνθ' Ἑλληνικῷ· ubi alludere planè videtur ad hunc locum *Homeri:* loquitur verò ibi *Hecuba*, ut hìc *Priamus*.

h *Mars* & *mors* optimos rapit, pessimos relinquit. Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν. *Anacreon.* Antholog. Gr. l. 3. Πόλεμος γὰρ οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν αἱρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί. *Soph.* apud *Suidam*. *Cùm belli ardore sævitur, meliores potiùs occumbunt. Minut. Fel.* in *Octav.* *Optima citissimè pereunt. Append. Erasm.* Adag. Sic *Alexander Severus* apud *Lampridium*, cùm ei mors cruenta à *Thrasybulo* Mathematico prædiceretur, *disputavit, ostenditque optimos quósque violentâ morte consumptos, cùm diceret ipsum Alexandrum, cujus nomen teneret,*

thag. Καρδίαν μὴ ἐσθίειν, vel ut eſt apud *Jamblichum*, Καρδίαν μὴ τρῶγε, quod & ille aliter exponit, plerique verò cum *Lilio Gyr.* ſic explicant, *non animum angoribus cruciandum:* nec doloribus ſubinde affligendum, quod & hìc prohibet *Thetis* apud *Homerum.*

[e] In hoc uno verſu notârunt Veteres comprehendi tria illa malorum genera, quæ tam accuratè diſtinguit *Ariſtot.* Eth. 5. 10. Et poſt eum, imò ex eo *Themiſt.* non ſemel in orationibus, citante *Grotio*, addo & *Clem. Alex.* Strom. 2. Ea ſunt ἀτύχημα, ἁμάρτημα, ἀδίκημα, *infortunium, culpa, injuria.* 1°. reſpondet ἄφρων, 2°. ἄσκοπος, (eſt enim ἁμαρτάνειν propriè à *ſcopo aberrare*,) 3°. ἀλιτήμων. Ἄσκοπος· ἀνόητος, ἀπερόρατος. *Heſych. inconſultus, inconſideratus*, q. σκοπὸν μὴ ἔχων, qui ad nullum *ſcopum* collimat, cui non *Eſt aliquid quò tendit, & in quod dirigit arcum* (*Perſ.*) Ὁ μὴ τοῦ συμφέροντος προνοούμενος κατὰ τὸ εὔσκοπον Ἑρμῆν. Hinc illud παροιμιῶδες, Ἄσκοπα τοξεύειν. *Lucian.* Toxar. ¶ Ἐνδυκέως. *Heſych.* Φιλοφρόνως, ἐπιμελῶς. *Etymol.* Ἐνδυκέως παρὰ τὸ ἐνδίκως. Rectiùs *Euſtath.* q. ἐνδοκέως (ab ἐνδέχομαι, Ionicè ἐνδέκομαι) Æolicè, ο in υ, ut ὄνομα-ὔνυμα, &c. Ἱκέτεω πεφιδήσεται] Benignum ſe & humanum erga ſupplices præbere, eóſque comiter & clementer excipere, viri boni & prudentis eſt; & qui ſecus faxit, ἢ ἄφρων ἐστὶν, ἢ ἀλιτήμων. Quod oſtendere voluit *Xenocrates*, cùm paſſerem ab accipitre fugientem, & in ejus ſinum fortè delapſum occultavit & fovit, dicens, Τὸν ἱκέτην δεῖν μὴ ἐκδιδόναι. *Diog. Laert. Xenocrat.*

[f] Ὠμηστὴς οὐκ ἐλεήσει, ἄπιστος οὐκ αἰδέσεται· huic nullus pudor, illi nulla miſericordia. ¶ Ὠμηστὴς propriè ὠμοφάγος, q. ὁ τὰ ὠμὰ ἐσθίων, hìc verò *crudelis* (à *crudus*) ὠμὸς τὸν τρόπον, οἷα τὰ ὠμοφάγα θηρία. *Scholiaſt.* Et certè ὠμὸς utrumque ſignificat, & *crudum* & *crudelem.* Sic Lat. *Atrox* (quod & purum putum Græcum eſt, ἀτρὼξ, ἄτρωγος, *crudum, immaturum*, adeóque *non edule* nec *veſcum*, cui contrarium πρώξιμον, *maturum, edule.* Αἰεὶ σινομώρα τὰν πρώξιμον. *Theocrit.*) primò ſignificabat *crudum*, *Nævius* apud *Non. Simul atrocia porricerent extra miniſtratores.* deinde *crudelem*, Feſtus, *Atroces appellantur ex Græco, quia illi atrocia* (leg. cum *Scaligero* in *Caſtigat.* ἄτρωκτα, vel Latinis literis *atrocta*) *appellant, quæ cruda ſunt.* Alii tamen *atrox* ab *atro* ſimpliciter dici volunt, ut *ferox* à *fero*, ſævo.

7 [e] *O me prorſus infelicem, ſiquidem genui filios fortiſſimos ;*
——— ———*Horum verò ſentio nullum relictum eſſe.*
(*cinomata*) *ſuperſunt,*
8 *Illos quidem abſumpſit bellum, hæc verò probra omnia* (*& ar-*
Mendaces ſaltatoréſque, choreis præſtantiſſimi,
Agnorum atque hædorum publici raptores.
9 *Bonum enim eſt ad Jovẽ manus attollere,* [f] *ſi fortè miſereatur.*
10 ——— ——— [g] *Juveni regio ſimilis*
Primùm barbeſcere-incipienti, cujus venuſtiſſima pubertas.
11 *Virum repellere* fas eſt *quando quis prior infeſtârit.*

[e] *Gen.* 42. 36. Me orbâſtis liberis: Joſeph non ſupereſt, & Simeon non ſupereſt, &c. *Jer.* 31. 15. In Rama vox audita eſt lamentationis, luctûs & fletûs, Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolationem accipere ſuper eis, quia non ſunt. [f] *Joel.* 2. 14. Quis ſcit, ſi convertatur & ignoſcat? *Act.* 8. 22. Ora Deum, ſi fortè remittatur tibi, &c. [g] *Judic.* 8. 18. Erant formâ quaſi filii regis.

neret, Pompeium, Cæſarem, Demoſthenem, Tullium, & cæteros inſignes viros non quietâ morte oppetiſſe. Quadrigar. apud *Agell.* 17. 2. *Nam hæc maximè verſatur Deorum iniquitas : quod deteriores ſunt incolumiores ; neque optimum quemque inter nos ſinunt diurnare.* Bona verba, mi homo. Imò

Imò hæc Deorum iniquitas non est, clementia est. Siquidem "Ον οἱ Θεοὶ φιλȣ̃σιν, ἀποθνήσκει νέος. *Menand.* Et Poeta nescio quis è neotericis, *Optima cùm pereunt, deteriora manent.* Huic porrò versui, & sententiæ *Homericæ* affine est adagium illud apud *Suidam* ex *Aristoph.* Βατράχ. ubi *Bacchus* de Poetis, Οἱ μὲν γὰρ ȣ̓κ ἔτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί. Ψεύδεται, &c.] *Dio Chrysost.* Orat. 32. Μῖμοί τ' ὀρχησταί τε. Οὐχ ἐν πολέμῳ ὀρχησταὶ, ȣ̓δὲ τὰ ἐνόπλια πυρριχίζοντες, (nam & Ὀρχηστὴς Ἄρης apud *Lycophr.* & *Meriones* ὀρχηστὴς, h. e. *bellicosus*, εὐκίνητος κατὰ τὸν πόλεμον, apud nostrum suprà, *Il.* π.) ἀλλὰ τὰ ἐκ χορȣ̃ ὀρχȣ́μενοι. *Eust.* *Choreis aptior & jocis Ludoque dictus, non sat idoneus Pugnæ ferebaris. Horat.* Carm. l. 2. *Od.* 19. Etsi verò chorea res sit non omninò illicita, eamque Poeta alicubi ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο titulo insigniat, & *Aristippus* saltare coactus in purpura dixerit apud *Laert.* Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν ὁ νȣ̃ς ὁ σώφρων ȣ̓ διαφθαρήσεται, tamen saltatio (saltem nimium saltandi studium, id enim per χοροιτυπίαν innui videtur) non optimè audit apud antiquos: Unde probri loco hìc ponitur χοροιτ. ἄρ. & in re consimili dixit (ni fallor) *Diogenes* Ὅσῳ ἄμεινον, τοσȣ́τῳ χεῖρον. *Sallust.* de *Sempronia. Saltavit elegantiùs quàm necesse est probæ. Dio Cass.* de *Afranio* consule l. 37. Ὀρχεῖσθαι γὰρ βέλτιον ἤ τι διαπράσσειν ἠπίσατο. Quem *Dionis* locum postquàm huc adduxeram, citatum inveni à doctiss. *Loccenio* (quem vide) Not. Polit. ad illa verba. *Corn. Nepotis* in *Epaminond. Saltare etiam in vitiis poni*, apud priscos sc. *Romanos*, non item apud *Græcos*. Ἀρνῶν, ἠδ' ἐρίφων, &c.] *Synes.* Epist. 104. *Athen.* Dipnos. l. 1. Ὀνειδίζει τοῖς Ἴωσιν ἀδηφαγίσκουσι τὰ μὴ νενομισμένα. Siquidem & Ἀθήνῃσι νενόμιστο, ἀπείρητο ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι, ἐπιλιπούσης ποτὲ τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως. *Eustath.* ex eodem *Athenæo*. Consimili de causâ & Imperator *Valens legem per Orientem dedit, nè quis vitulorum carnibus vesceretur*, utilitati agriculturæ providens, teste *Hieron.* adv. *Jovinian.* l. 2. Taxat & luxum pariter & rapinam, τρυφὴν τὴν ἄκραν δηλοῖ τῶν οὕτως ἁπαλοῖς χαιρόντων ἐδέσμασι· καὶ τὴν ἁρπαγὴν δὲ παραινίττεται, τοιαῦτα γὰρ ζῶδια ταχὺ καὶ ῥᾷον ἁρπάζονται.

(*Imbelles* {agni / hœdi} *quid nisi præda sumus?*) *Eust.*

i Piissima sententia, & plurimis locis S. Scripturæ ad amussim parallela, si pro Διὶ duntaxat legatur Θεῷ. Et certè haud scio an hic versus pietate & religione cedere debeat illi alteri infr. *Od.* γ. Εὔχεσθαι, πάντες δὲ Θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι, quem tamen optimum Homeri versum esse judicavit optimus *Melancthon.* Vid. ibi. Χεῖρας ἀνασχόμενος] De elevatione manuum...

12 [m] Οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸς,
Πέπνυσαί τε νόον· μακάρων δ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων.
13 [n] Ἀλλ' ἄγε δή μοι πᾶσαν ἀληθείην κατάλεξον.
14 [o] Ὦ τέκνον, ἦ ῥ' ἀγαθὸν καὶ ἐναίσιμα δῶρα διδȣ̃ναι
Ἀθανάτοις.———
15 [p] Ἔτλην δ' οἷ' ὄπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος,
Ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι.

m Ἐξ Ὁμήρȣ ἄρα οἱ ἐκ τȣ̃ Περιπάτȣ τὴν τριάδα τῶν ἀγαθῶν εἰλήφασιν, ἅπερ εἰσὶ τὰ κατὰ σῶμα (δέμας καὶ εἶδος) καὶ ψυχὴν (πέπνυσαι) καὶ ἐκτὸς (μακ. δ'. ἐξ ἐ. τ. i. εὐγενὴς εἶ) *Eustath.* ad locum. Quod & ante eum observavit *Sen.* Ep. 88. *Modò Peripateticum* (sc. *Homerum* faciunt) *bonorum tria genera inducentem*: ubi respexit omninò hunc *Hom.* locum, saltem ex mente *Lipsii*, qui & hæc Poetæ verba de *Mercurio* eò adducit in Cōment. Pulchritudo & prudentia καλὴ ξυνωρὶς (alioquin εἶδος ἀγητὸς per se positum probri loco habuimus suprà *Il.* γ.) juxta illud *Gratior est pulchro veniens è corpore virtus*: frustrà (uti mihi videtur) refragante, *Sen.* ep. 66. cui neutiquam placet illud carmen Virgil. *Errare mihi visus est qui dixit, Gratior*, &c. Ὡς ἡδὺ κάλλος, ὅταν ἔχῃ νȣ̃ν σώφρονα. Incert. apud *Grot.* Excerpt. Ἦν δ' ἐσορᾶν καλὸς, ἔργῳ τ' ȣ̓ κατὰ εἶδος ἐλέγχων. *Pind.* Ol. 8. Εἰ δ' ὢν καλὸς, ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ. Id. Nem. 3. Ὅταν φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπος χρηστὸς, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

nuum inter orandum vid. supr. *Il.* ο. Αἴ κ' ἐλεήσῃ] Θεὸς sc. Hic finis & scopus omnis precationis.

[k] Αἰσυητῆει] ¶ Vocabulum insolens, & ἅπαξ λεγόμενον, de quo variant interpretes. *Hesych.* legit per ν in med. & exp. Αἰσυμνητῆει, τῷ νεανίᾳ· ὁ δ' Ἀππίων addo & *Aristarch.* apud *Eustath.*) τῷ βασιλεῖ, τῷ τηροῦντι τὰ αἴσια, ὅ ἐστι τὰ δίκαια. *Eustath.* Ἔστι δ' αἰσυητὴρ μὲν βασιλεὺς ἢ βασιλικὸς, οἱονεὶ τηρῶν τὰ αἴσια, ὃν ἄλλοι αἰσυμνητῆρα ἢ —ητὴν φασὶν, ἤγουν ἀρχηγὸν τῶν αἰσίων, καὶ δικαίων μνήμην ποιούμενον, ὅθεν αἰσυμνᾶν τὸ ἄρχειν· οἱ δὲ φασιν ὅτι αἰσυητὴρ ὄνομα ἡλικίας. *Aristot.* Polit. 4. 10. Τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μόναρχοι —οὓς ἐκάλουν αἰσυμνήτας. Id. Polit. 3. 11. inter quatuor genera τῆς βασιλείας tertium facit τὴν αἰσυμνητείαν. Πρῶτον ὑπηνήτῃ, &c.] Infra Odyss. κ. Νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς, Π. υ. &c. Citant *Plat.* Protag. in initio. *Ælian.* Var. Hist. 10. 18. *Julian.* Orat. 7. *Clem. Alex.* Pædag. l. 3. *Pueritia maximus in exitu decor est. Sen.* Ep. 12. In quem locum *Muretus* allegat hunc *Homeri* versum. Πρῶτον ὑπ', &c. Σὺ μὲν τοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης αὐτὸς ἔχει. *Athen.* l. 5. ex *Plat.* Protag.

[l] *Claudius* Imperator pro tessera integrum hunc versum militibus dabat, Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, &c. *Dio Cass.* l. 60. & *Sueton.* in *Claud.* Quod certè mirum, cùm plerunque non nisi unum aut alterum verbum pro signo dabant. Citat porrò hunc versum *Cic.* Ep. ad *Att.* l. 2. Et alludit pro suo more *Nazianz.* Ep. 117. Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὁπότε τις πρότερος ἰαμβοποιεῖν τοιαῦτα χαλεπὸν τολμήσειεν. *Thucyd.* l. 3. Πᾶσιν ὁ νόμος καθεστὼς τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι. *Herodian.* lib. 4. Ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ζωῆς... *Phalar.* Epist. Οὔτι δοκοῦντος, ἀπ' ὄντος ἀδίκου, τὸ κατάρξαντα πλημμελεῖν ἀμύνεσθαι. *Apollodor.* l. 2. Νόμος Ῥαδαμάνθυος, ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι. *Menand.* apud *Stob.* Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος. *Cicer.* pro *Milon. Certè illud est non modò justum, verùm etiam necessarium cùm vi vis illata defenditur.* Ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀμύνεσθαι ὑπάρχει τὸ εὐσεβεῖν. *Herodian.* l. 5. Τὸν ἄρχοντα πολέμου πᾶς ὁ προπαθὼν ἀμύνεται. *Dionys. Hal.* Rom. Ant. l. 1. Τῶν τις παλαιῶν ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι τὸ δικανικὸν τῆς Ῥητορικῆς εἶδος, εἶπεν, Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, &c. (Idem habet *D. Hæschel.* in Fragmento incerti Autoris, quod subjecit Notis suis in *Orig.* ll. c. *Celsum*) οὐκ ἀκριβῶς μὲν, εὐφυῶς δ' ὅμως ἐκεῖνος εἰπών. *Eust.* ad *Od.* π. ubi iterum occurrit hic versus.

12 — [h] *Qualis jam tu corpore & formâ admirabilis, Prudentíque animo es, & beatis ex parentibus.*
13 [i] *Verùm age, nunc mihi omnem veritatem narrâ.*
14 [k] *O fili, sanè bonum* est *convenientia dona dare Immortalibus.*———
15 *Sustinui, qualia nemo adhuc terrestris homo alius, Viri* sc. *filiorum-meorum-interfectoris ad manum os admovere.*

[h] *Dan.* 1. 3, 4. Ex semine regio procerumque filios, Pueros in quibus nulla esset macula, decoros formâ, & eruditos omni sapientia, &c.
[i] *Zach.* 8. 16. Loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo. Sic *Eph.* 4. 25. [k] *Levit.* 22. 21. Homo qui obtulerit victimam———immaculatum offeret, ut acceptabile sit. *Prov.* 3. 9. Honora Dominum de tuâ substantiâ, & de primitiis frugum tuarum da ei.

σκεῖ). *Menand.* Δέμας apud *Hom.* (nisi cùm adverbialiter sumitur pro δίκην, *instar*, ut δέμας πυρὸς αἰθομένοιο) semper est *corpus humanum*, & quidem ἔμψυχον, ut ζῶμα, ἄψυχον. *Plut.* Vit. *Hom.* Ὅθεν κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ εἶναι τὸ ζῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς

S 2 δεσμωτήριον.

δὲ σημαντήριον· καὶ τοῦτο δὲ Ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε. τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων ἀεὶ δέμας περιαγορεύει, τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν οὐδὲν ἀλλ' ἢ σῶμα καλεῖ· τὸ γὰρ αὐτὸ ζῶντος μὲν τοῦ ἀνθρώπου, δεσμὸς ἦν τῆς ψυχῆς (at quid si δέμας à δέμω ædifico, est enim corpus magni illius Architecti δημιούργημα, fabrica, & ædificium) τῆς δ' ἀποπτάσης δὲ ὥσπερεὶ σῆμα καταλείπεται.

ⁿ Ὀρθὸν ἡ ἀλήθεια ἀεί. Soph. Antig. Ἐλεύθερον μὲν ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν. Id. Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω. Epict. Ἀλήθεια ἁπάντων χρῆμα δικαιότατον. Menand. ᵒ Ἀτρέκεια ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίᾳ πόλει. Eurip. Alcmaeon. Φιλῶ λέγειν τἀληθὲς ἀεί, κἂν οὐ δι' αὐτοὺς τυγχάνῃ ἀνήρ. Id. Rhes. Τὸ σιγᾶν τὴν ἀλήθειαν, χρυσόν ἐστι θάπτειν. Euagr. apud Anton. Meliss. l. 1. Narrat Plutarchus l. de Isid. & Osir. Ægyptios olim festum diem Mercurio celebrasse insigni pompâ, ubi mel & ficus edebant, clarâ voce dicentes, Γλυκὺ ἡ ἀλήθεια. Quin & carmen hoc solenne seu scolion Veritati à veteribus Græcis cani solitum refert Clem. Alex. Strom.

16 ᵠ Πῶς ἔτλης ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἐλθέμεν οἷος
Ἀνδρὸς ἐς ὀφθαλμοὺς, ὅς τοι πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς
Υἱέας ἐξενάριξα, σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ.
17 ʳ Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.
18 ˢ Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.
19 ᵗ Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων.
ᵘ Ὧι μέν κ' ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
ˣ Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ʸ Ὧι δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε,
Καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε βροτοῖσιν.

ᵠ Σιδήρειον ἦτορ non hic ut alibi σκληρὸν καὶ ἄτεγκτον καὶ νηλεὲς, sed στερρὸν καὶ θαρραλέον καὶ ἀδεὲς, nec crudelitatem & sævitiam, sed firmitatem, & confidentiam audaciamque designat. Ut apud Horat. Illi robur & æs triplex Circa pectus erat. Et apud nostrum alibi; χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. Sic γυναῖκά τινα θρασεῖαν Σιδηρῶ dictam φερώνυμον esse ait Sophocles apud Aristot. Rhet. 2. 25. Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φοροῦσα τοὔνομα· non ab ingenio ferreo sævóque, ut communiter interpretes, sed ob audaciam & impudentiam, ὅτι καὶ θρασύτητος λάλημά ἐστιν ὁ σίδηρος, ut Eustath. Ità & Aristoph. Acharnan. σιδηροῦν vocat hominem audacem & impudentem, Ἴσθι νῦν ἀναίσχυντος ὢν, σιδηροῦς τ' ἀνήρ.

ʳ Plut. de Consol. ad Apollon. Non levat miseros dolor. Sen. Vid. paulò infrà, Οὐ γάρ τι πρήξεις, &c. ibique locum Soph. Electr. ad quem explicandum Schol. hunc Hom. versum adducit.

ˢ Πήματα γάρ τ' ἄδηλα Θεοὶ θνητοῖσι νέμουσι. Apollon. Argon. l. 1. Χαλεπὰς δὲ Θεοὶ δώσουσι μερίμνας. Hesiod. Ἔργ. δὲ Ἡμ. 1. Οὕτω γὰρ μερόπων φέρεται βίος, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ Μόχθον ἔχων. Nonn. Dionys. l. 3. Αὐτοὶ δὲ, &c.] Ὥστε Θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες. Hesiod. unde & alibi Θεοὶ ῥεῖα ζώοντες à nostro dicuntur. Verbo hoc ἐπικλῶσαι, seu -σασθαι, sæpiusculè hoc in sensu usus est Homerus. Unde conjiciunt nonnulli Clotho & Parcarum tabulas & fatum Stoicum ei placuisse. Et videtur is sanè ubique in hanc sectam propensior. Ἀκηδέες] ¶ Ἀφρόντιδες, ἄταφοι, ἄλυποι. Hesych. Ἀκηδὴς hic curæ expers, act. alibi, incuratus, pass. ἀτημέλητος, neglectus, vel etiam insepultus, ἄταφος (ut Hesych.) ἀκήδευτος. Eust. Ut Hector suprà in hoc libro ἀκηδὴς, κῆδος enim luctus funebris, adeóque funus, sepultura. unde Κηδεύειν Hesych. non tantùm φροντίζειν sed etiam ἐνταφιάζειν. Dii autem ἀκηδέες ex mente Homeri non sic, sensu Epicureo, quasi negligerent prorsus res humanas, nullámque omninò hujus mundi curam haberent. Imò ἄλυποι potiùs sunt quam ἀφρόντιδες, nec tam

curæ

l. 6. Ἀρχαὶ μεγάλαις ἀρεταῖς ὤνασαι Ἀλήθεια. Τοιαῦτα παρήνει (Pythag. sc.) μάλιστα δ' ἀληθεύειν. Quippe Deum ipsum ἐοικέναι, τὸ μὲν σῶμα φωτὶ, τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. Porph. de vitâ Pythag. Et egregiè M. Basil. Homil. περὶ τοῦ νέους &c. Ψυχῆς καρπὸς ἡ ἀλήθεια.

° Quanquam & τὸ εὐδάπανον φίλον θεοῖς· καὶ μᾶλλον τὸ δαιμόνιον περὶ τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ περὶ τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει, ut præclarè Porphyr. de Abstin. l. 2. Et Religio animis potiùs quàm muneribus æstimatur. Symmach. l 9. Epist. 64. Et Δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε, ut Poeta alibi. Et Θεοὺς τιμᾶν κατὰ δύναμιν, pro facultatum modulo jussit lex Draconis apud eundem Porphyr. & Hesiod. Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι· quem versum laudat Xenoph. Ἀπομν. l. 1. ubi plura hanc in rem vid. ut & apud Plat. Alcib. posteriore.

ᵖ Seneca de Irâ l. 2. *Funestam, perfusámque cruore filii manum ad os suum retulit.*

16 *Quomodo sustinuisti ad naves Achivorum venire solus*
Viri ante oculos, qui tibi multósque & strenuos
Filios interfeci? certè *ferreus tibi* & firmus, & audax animus.
17 [l] *Haud enim aliquis* fructus nec *effectus est frigidi luctûs.*
18 [m] *Sic enim destinârunt Dii miseris mortalibus,*
Ut in mærore vitam degant; ipsi vero doloris-expertes sunt.
19 [n] *Duo enim dolia reposita-sunt Jovis in pavimento* seu palatio,
Donorum, qualia dat, malorum unum, *alterum verò bonorum.*
Cui quidē permixta sua dona *dederit Jupiter fulmine-gaudens,*
Modò in malum ille incidit, modò in bonum; (tatibus *exponit,*
Cui verò ex malis duntaxat *dederit, eum contumeliis* & calami-
Et ipsum mala fames in terra exagitat;
Oberrat autem nec Diis honoratus, nec hominibus.

[l] Sirac. 38. 18, 19. Fac luctum uno die vel duobus— A tristitia enim festinat mors.

[m] Job. 5. 7. Homo natus (& *destinatus*) est ad ærumnam.

[n] Job. 2. 10. Scilicet bonum acceperimus à Deo, & malum non acceperimus? Psal. 75. 9. Calix in manu Domini, plenus mixtione. Isa. 45. 7. Ego Dominus --formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.

curæ, quàm doloris expertes. Κήδεται quidem Deus, curámque habet rerum humanarum, est tamen ἀκηδὴς, h. e. doloris & molestiæ expers; quippe facilè & nullo negotio omnia regens atque disponens: Unde etiam & Dii Homerici, licet πολυπράγμονες, tamen ῥεῖα ζώοντες. Autor libri De Mundo c. 11. (qui vel ex hoc capite vereor nè melior Aristotele Theologus fuerit, quicunque fuerit) Ὁ Θεὸς οὐ μὴν αὐτουργοῦ καὶ ἐπιπόνου ζώου κάματον ὑπομένων, ἀλλὰ δυνάμει χρώμενος ἀτρύτῳ, δι' ἧς καὶ τῶν πόρρω δοκούντων εἶναι περιγίνεται. Nempe ut non dormit, nec otiatur, ità nec sudat, nec laborat Diva Pronœa, sed ἀμογητὶ, ἀπονητὶ, ἀκονιτὶ, καὶ ἀνιδρωτὶ, sine pulvere & sudore Spartam suam ornat atque administrat. Dii igitur Homero ἀκηδέες, & ῥεῖα ζώοντες, & ut alius Poeta apud Plut. De Commun. Not. adv. Stoic. Κεῖνοι γὰρ τ' ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι, πόνων δ' ἄπειροι, βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος. Nec tamen noster ex illorum numero, Qui didicere Deos securum agere avum, eo sensu, quo vult & loquitur Lucretius ll. 5. & 6. (utrobiq; enim hæc habet) & ex eo Horat. (l. 1. Sat. 6.) ille etiam Epicuri de grege porcus. Curat profectò Deus res humanas, sed, ut ità dicam, sine curâ, saltem sine solicitudine; ἐπιμελεῖται καὶ φροντίζει, οὐ κήδεται (est enim κῆδος cura anxia cum dolore conjuncta) οὐδὲ μεριμνᾷ. Idem Lucret. hanc in rem πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐχὶ, l. 1.

Omnis enim per se Divûm natura necesse est Immortali ævo (ἀθάνατοι) *summâ cum pace fruatur* (ῥεῖα ζώοντες.) *Semota à nostris rebus sejunctáque longè* (οὐρανίωνες, & ὑπέρτατα δώματ' ἔχοντες.) *Nam privata dolore omni* (ἀκηδέες) *privata periclis,* (μάκαρες) *Ipsa suis pollens opibus,* (αὐτάρκεις) *nihil indiga nostri* (ἀνενδεεῖς) Et hactenùs quidem benè: Illud verò quod sequitur, *Nec benè promeritis capitur, nec tangitur irâ*, locum habeat ubi meretur, inter *Epicuri* sc. delirantis insomnia.

ᵗ Πολυθρύλλητος sententia, quam tamen corruperunt tum veterum, tum recentiorum glossemata. Citatur hic locus à *Plut.* De Consol. ad *Apollon. Boeth.* De Consol. l. 2. *Themist.* Orat. 5. *Porphyr.* Antr. Nymph. *Max. Tyr.* Dissert. 35. *Synes.* de Provid. aliisque. Nescio autem annon & hùc pertineat fabula illa de duobus doliis, imbrium uno, ventorum altero, quæ apud Indos se vidisse refert *Apollon.* apud *Philostrat.* l. 3. Displicet verò hæc sententia *Theodoreto* (De Cur. Græc. Affect. l. 5.) quasi Deum faceret autorem & causam malorum; ut & *Platoni* de Repub. l. 2. qui & secundum versum sic legit, Κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν, Et *Themistio* ejus sequaci, Orat. 16. Κακῶν γὰρ (inquit) οὐκ ἔστιν ἐν οὐρανῷ ταμεῖον, &c. Rectè, si de *malis culpæ* sermo sit, (horum enim nec ὁδὸς, nec οὐδὸς, nec via nec vestibulum, nec vola nec vestigium in cœlo) sed de *malis pœnæ* alia ratio: hæc enim à Deo esse & ratio suadet, & testatur scriptura. Et quidem nihil aliud in toto hoc loco vult *Homerus*, quàm res prosperas & adversas divinitùs accidere, & nullum esse ἀγαθὸν ἀκραιφνὲς ἢ ἄκρατον, nullam simplicem nec sinceram in hac vita fœlicitatem. Οὐδείς τις ἐστὶν Ἀνθρώπων, ᾧ μὴ Ζεὺς κακὰ πολλὰ διδῷ. *Mimnerm.* Apud *Synesium* l. de Insomniis, ubi hunc *Homeri* locum explicat, Jupiter cum duobus suis doliis Θεὸς ὑλάρχιός ἐστι, τῷ δὲ πίθῳ τῆς ἐμβριθοῦς διανομῆς παρ' οὗ τὸ μὲν ἀγαθὸν οὐδέποτε ἀνεπίμικτον, ἤδη δέ τις ἀκράτου μετέχει τοῦ χείρονος. *Niceph. Greg.* Hist. Rom. l. 8. Νῦν δ' ἐπειδὴ ἔδει ἀνακυκηθῆναι τοῖς λυπηροῖς τὰ ἡδέα, καὶ τρίτον πίθον οὐ φασιν Ἕλλήνων παῖδες ἐν Διὸς εἶναι κακῶν ἀμιγῆ, &c. Vid. & *Proclum.* in *Plat.* de Repub. ubi hanc *Homeri* sententiam fusè & egregiè explicat atque defendit. Quin & hùc alludere videtur *Pindarus*, ex mente *Scholiastæ*, Pyth. 3. hisce verbis, Ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. ubi *Pindarus* (inquit Schol.) οὕτως ἐδέξατο δύο πίθους εἶναι φαύλων, καὶ ἕνα ἀγαθῶν, cùm *Homerus* duo tantùm dolia finxerit, unum bonorum, malorum alterum, δοιοὶ πίθοι, κακῶν (ἑνὸς sc.)

ᵘ Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν Θεῶν διδόντων *Æschyl*: Pers. Ὃς τις εὐγενὴς βροτῶν Φέρει τὰ Θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται. *Eurip.* Herc. fur. *Parcè gaudere oportet, & sensim queri* (h. e: μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο.) *Totam quia vitam miscet dolor & gaudium.* Phædr. fab. 73. Φέρειν ἀνάγκη τὰς θεηλάτους τύχας. Incert. Τὸ φέρον ἐκ Θεοῦ, καλῶς χρὴ φέρειν. *Soph.* Oed. Col. Ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ Θεῶν Τύχας δοθείσας ἐστ' ἀναγκαῖον φέρειν. Id. Philoct. ¶ Ἀλίαστον *indesinenter, vehementer*, & ἀλίαστος (adject. *Homero* frequens) q. ἀχώριστος, à λιάζω, χωρίζω, *indeclinabilis*, quem quis declinare, vel à quo quis extricare se, aut separare non potest: adeóque *indesinens, vehemens, ingens. Hesych.* Ἀλίαστος, ἄτιμος, (quod vix intelligo) ἀνέκλειτος (lego, ἀνέκλιτος) ἀμετάστρεπτος, ἀνελλιπής, ἀχώριστος. Ἀλίαστον ergo ὀδύρεσθαι idem est quod ἄμοτον κλαίειν, & πενθήμεναι ἄκριτον αἰεί, ut Poeta alibi. Οὔτι πρήξεις, *nihil ages, nihil proficies*, proverbialis locutio, unde frequens illa formula Lat. apud *Plaut.* & alios, *Nihil* (vel *nil*) *agis*, pro frustrà es, operam perdis. Attici dicunt, Οὐδὲν

20 ᵘ Αὐτὰρ ἐπεί τοι πῆμα τόδ' ἤγαγον οὐρανίωνες,
Ἄνσχεο, μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν·
Οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος,
Οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα.
21 ˣ Ἀνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο· κὰδ δέ με χήρην
Λείπεις ἐν μεγάροισι· πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὔτως,
Ὃν τέκομεν σύ τ' ἐγώ τε δυσάμμοροι. ——————

ἑτέρως δ' ἰδών. Ἄλλοτε μέν τε κακῷ, &c.] Ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν οἷον ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι. *Soph.* Trachin. ubi Schol. proverbiale hoc *Hom.* hemistichium laudat, Δοιοὶ γὰρ τε πίθοι· Συμμιγνύουσιν οἱ Θεοὶ τὰ πράγματα, &c. Ὦ Θεοὶ ὡς κακὰ τοῖς καλοῖς ἐοίκατε μιγνύναι. *Heliodor.* Æthiop. l. 10. Ἀλλὰ γὰρ οὔποτε φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων Τερπωλῇ ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί. Σὺν δέ τις αἰεὶ Πικρὴ παρμέμβλωκεν ἐϋφροσύνῃσιν ἀνίη. *Apollon.* Argon. l. 4. *Usque adeò nulla est sincera voluptas, Sollicitumque aliquid lætis intervenit.* *Ovid.* Metam. 7. *Apes ideò pungunt, quia ubicunque dulce est, ibi & acidum invenies.* *Petron.* Satyr. *Dolor & voluptas invicem cedunt.* *Sen.* Trag. Οὐκ ἀκραιφνῆ ἀγαθὰ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ κεραννύων αὐτὰ τοῖς κακοῖς, εἶτα τοῖς ἀνθρώποις παρέχεται, &c. *Chosroes* apud *Procop.* Pers. 2. Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς. *Plut.* de Is. & Os. ex Eurip. Παλίντροπος ἁρμονίη κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἀμιγές. Id. Περὶ εὐθυμίας ex *Empedocle.* Καὶ Σφιν ἄπειρα δεινὰ καὶ ἐσθλά, Id. c. *Colot.* ex eodem *Emped.* Ἔδει δ' ἄρα καὶ τοῦτον ἄνθρωπον ὄντα μὴ πάντα διευτυχεῖν, ἀλλ' ἀπολαῦσαί τι τοῦ φθονεροῦ δαίμονος. *Dion. Hal.* l. 3. de *Horatio* sororicidâ. *Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur.* *Plin.* Paneg. Πλὴν εἴ τι δαιμόνιον ἄρα τῶν μεγάλων ὑπόληψιν εἴληχεν εὐτυχιῶν ἀπαρύτειν καὶ μιγνύναι τὸν ἀνθρώπινον βίον, ὅπως μηδενὶ κακῶν ἄκρατος εἴη καὶ καθαρός, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον ἄριστα δοκῶσι πράττειν, οἷς αἱ τύχαι ῥοπὴν ἐπ' ἀμφότερα τῶν πραγμάτων ἔχουσιν. Id. in Vit. P. *Æmil.* ubi proculdubio respicit (quamvis tectè satis & occultè) ad hunc Poetæ locum, ut & præclarè ostendit Vir. Cl. *M. Casaub.* magni Patris non degener filius in egregio tractatu Vernaculo *De Temporalium malorum causâ & origine*; Ubi hæc verba *Plutarchi* eruditè explicat, & tum ad institutum suum, tum ad Poetæ nostri mentem accommodat. Βούβρωστις] Νῦν δὲ κακὰ βούβρωστις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθηται. *Callim.* h. in Cer. Τοῖν οἱ βούβρωστις ἐπέκλησεν γονύεσσι. *Nicand.* Theriac. ubi *Schol.* Βούβρ. κυρίως ἡ τροφή (potiùs ἡ ἄγαν ὄρεξις τῆς τροφῆς) νῦν δὲ ἡ ἀνία, καὶ ὁ ἰός. ¶ Βούβρωστις, βούπεινα, βουλιμία· ἡ πολλὴ τῆς βρώσεως ἔφεσις. *Eustath.* (*Plutarch.* tamen Sympos. l. 6. qu. 8 distinguit inter βούλιμον & βούβρωστιν. Vid. locum) Non à βοῦς (ut nugatur *Suid.*) ὅτι βοῦς λυμαίνεται, καὶ τὰς βοῦς βρῶσιν ποιεῖ. Sed à βοῦ intensivâ particulâ, ut βούπαις, βουκέφαλος, βουγάϊος· sic & βούπεινα, & βουλιμία.

20 *At postquàm cladem hanc tibi intulerunt cœlites,*
Sustine, nec immodicè adeò *luge animitus*;
Haud enim quicquàm efficies mœrens ob filium præstantem;
Neq; ipsum resuscitabis quin potiùs *malũ aliud priùs patieris.*
21 Mi *vir, ætate juvenis periisti me verò viduam*
Relinquis in ædibus; *filius autem infans,*
Quem genuimus tu & ego infelices.——

° 2 *Sam.* 12. 23. Nunc autem postquam mortuus est, quare jejunarem? (aut *flerem*) Nunquid potero revocare eum denuo? *Sirac.* 38. 21, 22. Nè dedas tristitiæ cor tuum —Non enim est reversio; & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis. ᵖ *Psal.* 109. 9. Fiant filii ejus orphani, uxor vidua.

Οὐδὲν ὄφελος, & Οὐδὲν ἀνύσεις. *Hom.* alibi, Οὐκ ἄνυσις, ut paulò antè, Οὔτις πρῆξις, Οὐκ ἄνυσίν τινα δήομεν. Ἐῢς, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ, pro ἠῢς ab ἠῢς per metathesin, vel ἀντὶ τοῦ ἐσθλοῦ, ab ἐὸς, διὸ καὶ δασύνεται. (*Eustath.*) per metaplasmũ pro ἐῢ. At quid si potiùs ab ἑὸς (idem quod ἠῢς apud *Hom.* sæpè) tantùm mutando spiritum? Οὐδέ μιν ἀνστήσεις] Οὐ μὴν δάκρυά νιν σώσει

σώση τὰ σά. *Eurip.* Troad. Τόλμα δ', οὐ γὰρ ἀνάξι ποτ' ἔνερθεν τοῦ φθιμένης ἄνω. Id. Alcest. Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ, Καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι, Ὁ χρυσὸς ἧττον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν ἦν. Νῦν δ', ὦ γεραιὲ, ταῦτ' ἀλύτως ἔχει. *Soph* apud *Stob.* (locus est in *Electr.*) Οὐδέ μιν ἐξ ἀΐδα παγκοίνου λίμνης ἀναστήσεις. Id. apud. *Eustath.* hoc in loco. Et *Hecuba* mox apud nostrum de ipso *Achille Patrocli* funus raptu *Hectoris* celebrante, Ἀνέστησεν δέ μιν οὐδ' ὥς. Nescio ergo quàm sapienter Sophus ille (*Solon.* apud *Laert.*) qui cùm filium defunctum lugeret, diceretque ei quidam, Ἀλλ' οὐδὲν ἀνύτεις, respondit, At propter hoc ipsum lugeo, Ὅτι οὐδὲν ἀνύτω. *Stesich.* Ἀτέλεστα γὰρ, καμμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν. *Æschyl.* Agamemn. Οὐθ' ὑποκλαίων, οὐθ' ὑπολείβων, οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν ὀργὰς

22 ʸ Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε.

23 ᶻ Ἀλλ' εἴ τίς με καὶ ἄλλος ἐνὶ μεγάροισιν ἐνίπτοι

Δαέρων, ἢ γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

Ἡ ἑκυρή (ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος αἰεὶ)

Ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι παραιφάμενος κατέρυκες,

Σῇ τ' ἀγανοφροσύνῃ, καὶ σοῖς ἀγανοῖς ἐπέεσσι.

ʸ Περσαρμόσαι ἄν ποτε ὑπούλῳ ἐχθρῷ ὁπλιζομένῳ σπλεχθῆναι, ὡς ἐν σχήματι φιλίας ἀναιρεῖ τὸν δῆθεν φιλούμενον. *Eustath.* ad hunc versum *Od.* γ. Vulgò hoc dicimus, **to kill one with kindness.** Mollibus verbis, quasi byssino laqueo strangulare. Sic *Osculo prodere*, & *Osculum Judæ* proverbialiter dicunt sacri Scriptores, de eo qui sub specie amicitiæ alium prodit ac perdit. juxta veteres illos versus Leoninos, *Pelle sub agninâ latitat mens sæpè lupina: Oscula quæ Judas Domino dedit, hæc mihi tu das. Diogenes* apud *Plut.* & *Laert.* Ὁ πρὸς χάριν λόγος μελιτίνη ἀγχόνη. *Sidon. Apollon.* l. 2. Ep. 12. de Medicis imperitis, *Parùm docti & satis seduli languidos multos officiosissimè occidunt.* viz. *Quot Themison ægros.* Non ineptè verò ad *Mundum* accommodari poterit hic *Hom.* versus, hostem illum fallacem & pellacem, qui nos osculo prodit, & *placidis suis telis interficit*, & blandimentis occidit; Huc porrò spectat proverbiale illud apud *Græcos* Parœmiographos, Ἔυνους ὁ σφάκτης. Et quod habet *Martial.* de Sirenibus Epigr. l. 3. *Sirenas hilarem navigantium pœnam, Blandásque mortes, gaudiúmque crudele.* Et *Pisid.* Κοσμοργ. de Satanâ, Ὁ συγκεραννὺς ἡδονῇ τὴν πικρίαν Μελικράτῳ φθείρει με δηλητηρίῳ, Σύμβουλος ἐχθρὸς καὶ κατήγορος φίλος, Σφαγεὺς προσηνής, (h. e. εὔνους σφάκτης) καὶ φονεὺς συνεργάτης.

ᶻ Τρεῖς συγγενικαὶ λέξεις ἐν ἑνὶ στίχῳ, qui & citatur

ἀπηνεῖς παρέθελξε. Id. Eumenid. Ἅπαξ θανόντος ὄυτις ἐς' ἀνάςασις.

x Mors juvenum immatura, & acerba. Ἐν νεότητι ἐξαπόσης, ὃ ἐςὶν οἰκτρότατον· τοὺς γὰ ἐν γήρᾳ θανόντας μᾶλλον ἐυδαιμονίζομϑυ· εἰ κ) ἄλλως λόγ☉ τις Σοφὸς περιφέρεται, τὸ, Νέος θνήσκειν, ὃς φιλῶσι Θεοί. *Eustath.* ad locum. Hunc porrò versum, ʸἈνερ ἀπ' αἰῶν☉, &c.

& Hemistichium sequens ab *Homero* mutuatus est *Nonn.* αὐτολεξεὶ *Dionys.* l. 40. Δυσάμμορ☉. idem quod δύσμορ☉, κακόμορ☉, αἰνόμορ☉. Ἐκ ταυτοδυνάμων μορίων τὸ δὺς κ) τὸ ἆ σύγκειται· quod & intendit significationem, κ) τῇ ἐν παραλλήλῳ θέσει τῶν ῥηθέντων μορίων ἐπίτασιν δυστυχίας ἐμφαίνει. *Eustath.*

22 ᑫ *Suis mollibus telis superveniens occidit.*
23 *Quòd si quis me & alius in ædibus increparet*
Levirorum, aut glorum, aut fratriarum stolatarum,
Aut socrus (socer autem, ceu pater, mitis semper)---
Tu verò hunc verbis admonens [r] *placabas,*
Tuâque mansuetudine, tuisque lenibus verbis.

ᑫ *Psal.* 14. 5. Oleum eorum pretiosum nè conterat caput meum. *Prov.* 27. 6. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. *Luc.* 22. 48. Et Judas appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum. [r] *Prov.* 15. 1. Responsio mollis frangit iram.

---

citatur à Jurisconsultis. Tit. de Gradibus cognat & affinit. vid. Cl. *Grot.* Flor. Sparf. ad Jus. *Justinian.* Δαὴρ ὁ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὸς, ἀπὸ τοῦ δαίειν, μανθάνειν, ὃν μάλιςα τῶν ἄλλων ἀγχιςέων δέδαεν, ἤτοι μεμάθηκεν ἡ γυνή. Γάλως, γάλοως, ut φῶς φόως, Glos. Ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ (quæ & nonnullis δάειρα συνωνύμως à δαὴρ, *Levir*, ὁ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὸς) παρὰ τὸ γάλα, διὰ τὸ γαληνὸν κ) προσηνὲς τῆς κτ ἀγχιςείαν ἐγγύτητος.. Εἰνάτηρ (ut *Suid.*) Εἰνάτειρ, ut *Eustath.* (quanquam & rarò, ut opinor, legitur in sing.) ἡ συνώνυμ☉, ὁποῖα ἡ Ἑλένη τῇ Ἀνδρομάχῃ (& Εἰνάτερες αἱ ἐπὶ ἀδελφοῖς σύνυμφοι duorum fratrum uxores, quæ *Justiniano* & *Isidoro* janitrices,) παρὰ τὸ ἐυνάζειν, οἱονεὶ ἡ συνευνάτειρα πρὸς ἀλλήλας. *Eustath.* Ἐπέεσσι περιφράμενος &c.] Πολλάκι δ' ἤπιος ἄνδρα κ) ἄφρονα μῦθ☉ ἔθελξε. *Naumach.* Hinc versus ille leoninus, *Frangitur ira gravis, quando est responsio suavis.*

GNOMOLOGIA

ΟΔ. Α'.

1 [a] ολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.
2 [b] Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο
Νήπιοι———————
3 [c] Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται,
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
4 [d] Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι.
5 [e] Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται———————
6 [f] Μολπή τ' ὀρχηστύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.
7 [g] Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσος παῖς εἰς Ὀδυσῆος,
Αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας.
8 [h] Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι· αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδ', οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
9 ——— [i] Νεμεσσήσαιτό κεν ἀνὴρ
Αἴσχεα πόλλ' ὁρόων, ὅστις πινυτός γε μετέλθοι.

[a] Insignis locus de peregrinatiōe, & ab Autoribus passim laudatus, utpote paucis comprehendens finem & scopum ad quem collimant, certè collimare debent οἱ ἀποδημοῦντες seu peregrinantes. Quem & sic expressit (non *Virgilius*, ut scripsit *Langius* ex lapsu memoriæ, *Epist. Medic.* l. 1. Epist. 63. sed) *Horat.* De Art. Poet. carmen hoc *Hom.* ferè ad verbum interpretatus, *Qui mores hominum multorum vidit & urbes.* *Strabo* (*Homerica* tum Philosophiæ tum Geographiæ summus admirator) l. 1. Ἐν μεγάλῳ τίθεται πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα, καὶ νόον γνῶναι. *Max. Tyr* Dissert. 6. Ὁμήρῳ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς σοφὸς διὰ πολλὴν πλάνην, Πολλῶν δ' ἀνθρώπων, &c. *Eust.* ad *Dionysium* Afrum accommodat, Epist. præfixâ Commentariis suis in eundem περιηγητήν· Καὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἰδὼν ἄστεα καὶ νόον γνοὺς ὀφθαλμῷ καὶ διδασκάλῳ (*H. Steph.* legit διδασκαλίᾳ) μυσῶν, quasi partim αὐτόπτης, partim μυσοδίδακτος. *Heliodor.* Æthiop. l. 2. Βίος γὰρ κἀκείνῳ πλάνος καὶ ἔμπορος· καὶ πολλαὶ μὲν αἱ πόλεις, πολλῶν τε ἀνθρώπων ἤθη τε καὶ νοῦς εἰς πεῖραν ἥκουσιν· ubi nullus dubitò quin respexerit hunc *Hom.* locum. Quem & citant prætereà *Plat. Plut. Strabo, Diodor. Sic. Polyb. Max. Tyr. Synes.* alii. *Apul.* Milesiarum lib. 9. *Nec immeritò priscæ Poeticæ divinus auctor apud Graios, summæ prudentiæ virum monstrare cupiens, multarum civitatum obitu, & variorum populorum cognitu, summas adeptum virtutes cecinit.* Porrò ut ab *Iliade*, prioris sc. operis *Hom.* argumento, *Ilias malorum* communi proverbio trita est apud Autores; sic ab *Odysseâ* seu erroribus *Ulyssis*, (qui Πολλῶν ἀνθρώπων, &c.) quod posterioris hujus poematis argumentum est, *Odysseam errorum* pro errorum cumulo proverbialiter etiam dixit *Budæus* l. 5. de Asse. Vid. & *Ascham.* nostrum *Pædagog.* l. 1. & *Lips.* Cent. 1. Epist. 22.

[b] *Max. Tyr.* Dissert. 40. *Quisque suæ fortunæ faber. Improbus suo jumento sibi malum accersit:* & *Turdus ipse sibi malum cacat.* Κὰκ' ἐφ' αὐτὸν ἕλκει ὥστε Καικίας νέφη. *Cæcias nubes trahit.* vid. *Erasm.* Adag. *De malo accersito.* Ὑπὸ τῆς ἰδίας ἕκαστα κακίας σήπεται. *Menand.*

[c] Celebris gnome, & à veteribus passim laudata, continens apologiam pro Deo ejúsque providentiâ circa malum; cujus autorem impiè & iniquè Deum faciunt, quicunque faciunt. *Salv.* De Provid. l. 4. *Autorem quodammodo sui sceleris*

HOMERICA.

OD. 1.

1 MUltorum hominum vidit urbes, & mentem novit.
2 [a] *Suâ enim ipsorum improbitate perierunt*
Stolidi——
3 [b] *Papa! ut sc. Deos mortales culpant;*
Ex nobis enim inquiunt mala esse; at verò illi ipsi
Suâ nequitiâ præter fatum ærumnas patiuntur.
4 [c] *Sic pereat & alius, quicunque talia fecerit.*
5 [d] *Cupiens vel fumum exilientem videre*
Suæ patriæ, mori optat.
6 [e] *Cantilena, & chorea, hæc enim* duo *ornamenta convivii.*
7 *Quin age mihi istud dic, & verè narra,*
Num certè ex ipso tantus filius es Ulysse;
Valdè enim & capite, & oculis pulchris ei *similis*--*es.*
8 *Mater quidem me dicit ejus esse* filium, *at ego*
Non novi; nec enim quis suum genitorem ipse cognovit.
9 ————[f] *Indignetur utique vir*
Contumelias multas videns, quicunque prudens supervenerit.

[a] 1 *Paral.* 10. 13. Mortuus est Saul propter iniquitates suas. *Prov.* 11. 5. In impietate suâ corruet impius. *Prov.* 13. 6. Impietas peccatorem supplantat. *Hos.* 13 9. Perditio tua ex te. b *Thren.* 3. 33, 39. Quia non affligit volens Deus sc.- Cur quiritaretur homo vivens, vir propter pœnas peccatorum suorum? *Ezech.* 18, 24, 25. In prævaricatione, quâ prævaricatus est (homo) & in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur. Et dixistis, non est æqua via Domini? Audite ergo- Nunquid via mea non æqua, & non magis viæ vestræ pravæ sunt? [c] *Judic.* 5. 31. Sic pereant omnes inimici tui, Domine. *Luc.* 13. 3. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. [d] *Gen.* 30. 25. Dimitte me, ut revertar in patriam, & ad terram meam. [e] *Sirac.* 32. 5. Sigillum carbunculi impositum ornamento aureo, sic concentus musicorum in convivio vini. [f] 2 *Pet.* 2. 8. Justus enim ille cùm habitaret inter eos, indies animam justam sceleratis eorum factis & videndo & audiendo excruciabat.

---

sceleris Deum faciunt. Vetus sanè hæc, sed injusta hominum querela, seu potiùs blasphemia, quâ scelerum suorum culpam in Deum conjiciunt. Sic *Agamemnon* ipse apud nostrum *Il. τ.* in *Jovem* & fatum hanc cudit fabam. Ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα. Sic & nequam ille adolescens *Lyconides* in Comœdia, *Deus impulsor fuit; Credo Deos voluisse*, &c. *Plaut.* Aulular. Vid. & *Basil.* in Homil. Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός· & *Plotin.* Ennead. 1. l. 8. Citant porrò hunc Homeri locum *Plat. Alcibiad.* 2. *Nonius Marc. Max. Tyr.* Dissert. 22, & 25, & 40. *Agell.* 6 2. *Hierocl.* Fragment. *Euseb.* de Præpar. Evang. lib. 6. ex *Diogeniano.* Respicit fortè *Eurip. Iphig.* Taur. Τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους Εἰς τὴν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ. Et nescio an non in animo habuerit Solon in disticho, quod habetur apud *Laert.* & *Plut.* & *Nicet. Chon.* Annal. *Constantinop.* Stat. Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα, Μήτι Θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε. Imitatur pro-

proculdubio *Lysis*, seu alius quis autor *Pythagoreus* in Aureis Carm. Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας. 'Αυθ. πήμ. ibi sunt quæ hic *Homerus* ὑπὲρ μόρον ἄλγεα, & alibi ἀπάσθαλα κακὰ vocat. Quin & pium hoc dogma discipulis suis propinavit *Pythagoras*, uti habetur apud *Jamblich.* in ejus vitâ, Ὅτι οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσὶν ἀναίτιοι· καὶ ὅτι νόσοι, καὶ ὅσα πάθη σώματος, ἀκολασίας ἐστὶ σπέρματα. Et ex ejus Scholâ proculdubio hausit *Plat.* de Rep. l. 2. Τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον ἢ Θεὸν αἰτιατέον· τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν. Et *Æschyl.* *Prom.* vinct. Μηδέ ποτ' εἴπηθ' ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον πῆμ' εἰσέβαλε· μὴ δῆτ' αὐταὶ δ' ὑμᾶς αὐτάς. *Apollon.* apud *Philostrat.* l. 4. Οὐ μέμφομαι τοὺς Θεοὺς, εἰ κακῶν ἀξιοῦμαι, μὴ χρηστὸς ὤν. *M. Antonin. De seipso* l. 12. Μήτε θεοῖς μεμπτέον· οὐδὲν γὰρ ἑκόντες ἢ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι. *Philo* Alleg. 2. Ὅταν ἁμάρτῃ καὶ ἀπαρνηθῇ ὁ νοῦς τῆς ἀρετῆς, αἰτιᾶται τὰ θεῖα, τὴν ἰδίαν τροπὴν προσάπτων Θεῷ. Id. Decal. Θεὸς Κύριος ἀγαθὸς μόνων ἀγαθῶν αἴτιον, κακοῦ δ' οὐδενός. Id. περὶ φυγάδ. Ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οἱ τῶν κακῶν εἰσὶ θησαυροί· παρὰ θεῷ δὲ μόνων ἀγαθῶν. *Aristid.* to. 1. or. *Isthm.* Κακὰ γὰρ ἐκ κακῶν· ἀγαθὰ δὲ ἔργα τὰ θεῶν. *Lipsius* denique postquam hos *Hom.* versus adduxerat, statim admirabundus exclamat. *Potuisse aliquem profundum hoc Providentiæ penetrare si non à cœlesti aurâ provectum? profectò fuit.* *Physiolog. Stoic.* lib. 1. Dissertat. 15.

[d] *Paribus paria conveniunt.* Pares in delicto, pares in supplicio. *Te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere.* *Cic.* Philip. 2. Æquum nempe est, ut *qui in eâdem causâ sit, in eâdem esset fortunâ*, ut loquitur idem *Cic.* or. pro *Marcell.* *Scipio Africanus*, Τὴν Τιβερίου (Γράκχου sc.) πυθόμενος ἀναίρεσιν, ἀνεφώνησεν ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν, Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, &c. *Plut.* in vit. *Tiber. Gr.*

[e] Expressit hunc locum *Ovid.* .. *Optat Fumum de patriis posse videre focis*: & respexit *Apul.* Apolog. *Ulysses fumum terrâ suâ emergentem compluribus annis à litore prospectans*, &c. Hinc proverb. *Patriæ fumus* (gratus sc. cuiq; est) de amore patriæ cuique à naturâ insito; juxta illud *Eurip. Phœniss.* Ἡ πατρὶς ὡς ἔοικε φίλτατον βροτοῖς. Et *Ovid. Nescio quâ natale solū dulcedine*, &c. *Max Tyr.* Dissert. 11 Ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρώσκοντα καπνόν. *Lucian.* Encom. Patriæ. Ὁ τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρότερος τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός. *Dio Chrys.* orat. 13. Ἐπιθυμεῖ καπνὸν ἰδεῖν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ γῆς ἀνιόντα. *Eustath. Ismen.* l. 3. (itidem de *Ulysse* nostro) Καπνὸν πατρίδος οὐ μόνον ἐλπίσας ἀλλὰ καὶ θεάσεως αὐτῆς τιμιώτερον ἔκρινε.

[f] Choreæ iniquior *Cicero*, apud quem *Nemo saltat sobrius*, Nec cujuslibet *convivii comes saltatio* sed *intempestivi* (Orat. pro *Muren.*) Unde adagium pro suo more excudit Chiliastes, *Intempestivi convivii comes saltatio.* Citat autem hunc versum *Plut.* l. de Music.

[g] *Minerva* hic *Telemachum* esse *Ulyssis* filium ex vultu conjicit. Certissima enim legitimi partûs nota, cùm liberorum vultus parentem arguit. Hinc proles, quâ parentum vultus velut in speculo repræsentantur, puerperis laudi est. *Horat.* Carm. l. 4. *Laudantur simili prole puerperæ.* *Hesiod.* de florente Repub. Τίκτουσι

10 ———— ———— [k] Ὅσσα
Ἐκ Διὸς, ἥτε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώποισιν.
11 ———— ———— [l] Οὐδέ τί σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.
12 [m] Ἢ οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ὅταν ἔκτανε πατροφονῆα
Αἴγισθον δολόμητιν, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα;

[k] Ὄσσα apud *Hom.* est Θεὰ μυθική, & quasi divinitùs prognata, ἐκ Διός. Et certè *Fama* pro Dea antiquitùs habita. Unde *Hesiod* Ἔργ. καὶ Ἡμ. 2. Θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή. Quin & eadem *Virgilio* Dea Æn. 4. *Hæc passim Dea fœda virûm diffudit in ora.* Et *Famæ* aram *Athenienses* ut maximæ Deæ consecrâsse in civitate suâ, eique publicè sacrificatum memorat *Æschines* orat. in *Timarch.* Κλέος hic non *gloriam* ut malè Lat. Interp. sed *rumorem* aut *nuntium*, κληδόνα καὶ φήμην περὶ ἀγνοουμένων, ut optimè *Scholiast.*

Puer.

ἡ γυνὴ ὕκας ἐοικότα τέκνα γονεῦσι. *Theophr.* Charact. τοῦ ἀρέσκου, Τὰ παιδία--φῆσαι σύκου ὁμοιότερα τῷ πατρί. Elegans βραχυλογία pro ὁμοιότερα τῷ πατρὶ ἢ σῦκον σύκῳ, quia viz. notissimum illud erat proverbium, ideò συντόμως tantùm eo alludere potiùs quàm integrum id exprimere voluit divinus ille senex: uti pridem ad eum locum annotavit *Casaub.* Porrò ut similitudo prolis laudi, sic contrà, dissimilitudo probro & vituperio est uxoribus. Ità *Theocr.* Ἐγκωμ. Πτολεμ. impudicam uxorem hâc notâ inurit, quòd liberos pariat patri dissimiles, Ῥηΐδιοι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί. *Hesiod.* de ferreo seculo, Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες. *Phocylid.* junior, Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα. *Artemid.* Onirocrit. 2. 7. Ἀνόμοιον δὲ ἐν κατόπτρῳ δοκεῖν ὁρᾷν ἑαυτὸν, κακόν· νόθων γὰρ ἢ ἀλλοτρίων παίδων πατέρα κληθῆναι προαγορεύει. Quid quòd alicubi in superiori *Libya*, ubi communes essent uxores, susceptos liberos secundùm similitudinem singulis distribui & adjudicari solere, τὰ γινόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας refert *Aristot.* Polit. 2. 2. Αἰνῶς γὰρ κεφαλήν, &c.] *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Virg.* ubi vel hunc *Hom.* versum imitatur, vel etiam illum alterum infrà *Od.* δ. de eodem *Telemacho*, Κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες, Ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλή τ', &c. ubi illud ὀφθ. βολαὶ *mirificè dictum* fatetur *Scaliger* in Critico.

[h] Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός. Ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν υἱόν, ὁ δ' οἴεται. *Menand.* apud *Stob.* (quod tamen & ex *Euripid.* hic affert *Eustath.*) Et ex eo (ni fallor) *Aristot.* Eth. 9. 7. Αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι, ἐπιπονώτερα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν. Id. Rhet. 2. 24. Οἷον, ἐκ τῆς Πεπαρηθίας· Ὅτι ἀεὶ τῶν τέκνων αἱ γυναῖκες πανταχοῦ διορίζουσι τἀληθές. Quæ verba Philosophi subobscura clarè hîc exponit *Eustath.* Ὡς ἀεί τι περὶ τῶν τέκνων κρίνουσιν αἱ γυναῖκες· διό φησιν (*Arist.* sc.) Πεπαρηθία τις γυνὴ μαρτυρήσασα εἰκεῖόν τινα εἶναι παῖδα, ἔλυσε τὴν περὶ αὐτοῦ ἀμφιβολίαν. Huc proculdubio respexit iterum, *Menand.* Αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο. Ἀλλ' ὑπονοοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν (quòd & hîc citat *Eustath.*) Et hinc proverbium apud nos vulgò receptum, *Sapiens est filius qui novit patrem.* Hùc & spectat illud *Ciceronis* apud *Plut.* in ejus Vitâ; Qui cùm *Metellus Nepos* in quâdam altercatione ei sæpiùs diceret, Τίς σου πατήρ ἐστιν; Σοὶ ταύτην τὴν ἀπόκρισιν, ἔφη, ἡ μήτηρ χαλεπωτέραν ἐποίησεν· ἐδόκει δ' ἀκόλαστος ἡ μήτηρ εἶναι τοῦ Νέπωτος. ¶ Γόνον *Schol.* hîc exponit, γεννήτορα. Aliter verò *Eustath.* Γόνος δὲ νῦν ἡ γονή, τὸ δὲ εἰπεῖν γόνον τὸν γεννήσαντα, ἴσως οὐκ ὀρθόν. Et certè γόνος est potiùs filius quàm pater, unde ἔκγονος, & ἀπόγονος· γόνος igitur hic (estque hoc sensu ἅπαξ λεγόμενον) omninò pro γονῇ, stirps, origo, γένος, γέννησις.

[i] Αἴσχεα vel act. *Dedecora, probra, contumelias, injurias:* vel pass. *opera fœda & turpia,* quæ nemo cordatus sine indignatione aspicere poterit. *Eustath.* Πολλὰ βλέπων μὴ καλά. Vir bonus & prudens nè intueri quidem scelera sustinet, nedum committere.

10 ———————— *Fama--*
Ex Jove; quæ maximè fert nuntium hominibus.
11 ———————— [g] *Neutiquam te oportet*
Puerilia consectari, quandoquidem non ampliùs tantillus es.
12 [h] *Annon audîsti, qualem famam obtinuerit divinus Orestes*
Omnes apud homines, postquàm interfecerat parricidam
Ægisthum dolosum, qui ejus patrem inclytum occidit.

[g] 1 *Cor.* 13. 11. Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus--quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Et 14. 20. Nè estote pueri prudentiâ.

[h] 2 *Reg.* 13. 5. Cúmq; obtinuisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrē suum.

[1] Pueri puerilia curant, & sapiunt. Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς, ὢν νέος νέα φρονεῖ. *Darius* apud *Æschylum Pers.* Et dum τηλίκοι parvulique sunt, ἀθύρματα tantùm amant & crepundia; ne:

nec quicquam prius aut antiquius habent, quàm *Ludere par impar*, *equitare in arundine longa*. Sed, *Alia ætas alios mores postulat*. *Ætate prudentiores reddimur*. *Erasm.* Adag. quod & apud nos vulgò proverbii loco jactatur. Hinc dentes *genuini* seu *maxillares* Gr. κραντῆρες, qui circa vigesimum ætatis annum gignuntur, dicti etiam σωφρονιστῆρες (& primò quidem uti volunt sic dicti à *Cleanthe*) quasi gnomones seu indices prudentiæ, & secum adducentes τὴν σωφροσύνην· quia sc. nascuntur κατὰ τὴν τοῦ σωφρονεῖν ὥραν. *Etymol.* Etsi enim interdum Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, reverâ tamen ridicula res est, Γέρων ἔτεσι, νέος ἤθεσι, *senex ætate*, *juvenis moribus*. Et sunt quidem nonnulli non tam *bis pueri* quàm *semper pueri*, ut *Soloni* olim dixit *Ægyptius* sacerdos, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε· γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστι. *Plat. Tim.* & ex eo *Clem. Alex.* Strom. 1. *Justin. Mart.* Protrept. *Joseph.* l. 1. adv. *Apionem*. alii. At quàm malè habitat in senili corpore puerilis animus. Certè nisi mens & prudentia cum ætate cresceret, βίος planè esset ἀβίωτος. Nam Οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ' οἷς τὰ παιδία. *Aristot.* Eth. 10 3. Et mihi profectò nescio qui hybrida, imò quid monstri est, senex ille *Anacreonticus* imò *Acheronticus*, qui Τρίχας γέρων μέν ἐστι, Τὰς δὲ φρένας νεάζει. Νηπιάας ὀχέειν est νηπιοφροσύνας φέρειν, i. e. νήπια φρονεῖν, *Eustath.* Ὡς δ' ὅτε νηπίαχα φρεσὶν ἔτοις. *Oppian.* Hal. 5. Ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί,] i. e. ut *Hom.* infrà *Od.* σ. Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας ἐσσί, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις. Τηλίκος, τοιαύτης ἡλικίας. *Eustath.* Τηλικοῦτος, ὁ νήπιος. *Hesych.*

m *Orestes* etiam μητροκτόνος fuit, sed de

13 n Καὶ σὺ φίλος (μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε)
Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.
14 ——— o Ζεὺς αἴτιος, ὅς τε δίδωσιν
Ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν, ἑκάστῳ.
15 p Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.
16 q Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
Πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ οἴκῳ.

n Ἄλκιμος ἔσσ', &c.] Proverbialiter hunc versum usurpavit *Cicero* Ep. fam. l. 13. Καλός τε μέγας τε, καλὴ ξυνωρὶς καὶ συζυγία. Sic alibi ἠΰς τε μέγας τε, quod ferè in proverb. cessit. Et quamvis interdum χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ, tamen profectò optimè cohærent, & simul incedunt κάλλος καὶ μέγεθος· & *Est procerum verè procerum corpus habere*, juxta veterem versiculum. Vid. plura *Il.* φ. ad illum versum, Οὐχ ὁρᾷας οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε.

o Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν. *Pind. Pyth.* 5. Πόθεν σοὶ τοσαῦτα; ὅθεν σοὶ τὰ ὀλίγα. *Aristip.* apud *Laert.* Ἀλφηστῇσι, τοῖς εὑρετικοῖς. *Hesych.* Est autem hoc Epitheton hominum in genere, ἀλφησταί, ut μέροπες, βροτοί, ἐπιχθόνιοι, & similia: ab ἄλφω, vel -φῶ, *invenio*, ob sagacitatem, solertiam, & inventionem, quâ cæteras animantes excellunt. Ἀλφησταὶ λέγονται οἱ ἄνθρωποι κατὰ κοινὸν ἐπίθετον, ἤγουν εὑρετικοὶ καὶ ἐπινοητικοί, διὰ τὴν περὶ τὰς τέχνας εὕρεσιν. *Eustath.* Quid enim non reperit & excogitavit humanæ mentis solertia? ut meritò exclamaverit Poeta *Cilix* Κυνηγ. 1. Ὦ πόσση κραδίη, πόσση μερόπεσσι πέλει φρήν. Id. & Ἁλιευτ. 5. Ὡς οὐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον. Quin & ἀλφησταί dicuntur piscium genus quoddam apud *Athen. l.* 7. unde & proverbium ibi de incontinente ex *Sophrone* mimographo, Καταπυγοσύνᾳ τὸν ἀλφηστὰν, cujus & ratio ibidem adducitur ex *Athenodoro* Grammatico *Sophronis* interprete. Ἀλφῶ, fut. ἀλφήσω, unde ἀλφηστής, & ἀλφέσω, unde ἀλφεσίβοια. Ἄλφα τὸ στοιχεῖον, παρὰ τὸ ἄλφω τὸ εὑρίσκω. *Etymol.* Ἄλφα τὸ στοιχεῖον, ὅτι εὑρέθη πρὸ τῶν ἄλλων. *Hom. Schol.* ad vocem Ἀλφεσίβοια. Potiùs contrà, ἀλφεῖν ab ἄλφα, quasi prima στοιχεῖα, *elementa* & rudimenta rei alicujus aut artis invenire:

matricidio altum hìc silentium; memoratur tantùm fuisse patris vindex & paternæ cædis ultor. Insignis hac de re locus est apud *Aristot.* Rhet. 3. 2. Ἔστι μὲν τὰς ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι ἀπὸ φαύλου ἢ αἰσχροῦ· οἷον ὁ Μητροφόντης· ἔστι δ' ἀπὸ τοῦ βελτίονος· οἷον ὁ πατρὸς ἀμύντωρ. Philosophus ibi pro suo more occultè respicit ad locum quendam *Eurip.* in & de *Oreste*: ubi duobus continuis versibus idem & μητροφόντης dicitur, & πατρὸς ἀμύντωρ· sed & uno eodemque versu apud *Æschyl.* Χοηφ. Μητροκτόνον φίτυμα, τιμάτωρ πατρός. ¶ Quem *Homerus* hìc πατροφονῆα (*patricidam*) eum οἱ μεθ' Ὅμηρον dicunt πατραλῴαν vel -οιαν, & πατροκτόνον, voce compositâ & petitâ ex hoc ipso forsan loco *Hom.* ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα (pro ἔκτανε per apocopen, vel ab antiquo κτῆμι, ἔκτην, ης, η, α.) ἃ πατέρα ἔκτα, πατροκτόνος· Multæ enim voces compositæ non extant apud *Homerum*, quibus tamen ille primus ansam & originem dedit. Adeò ex *simplicibus* (veluti herbis) per hortos *Homericos* hinc indè sparsis οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ tanquam periti pharmacopœi multa *composita* miscuêre. Apud *Hom.* Aurora φόως φέρει, indè posteà Lucifer dictus Φωσφόρος. *Ajax* φέρει σάκος ἠΰτε πύργον· indè *Sophocli* dictus Σακεσφόρος. Non unus ποσὶν ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα· indè posteri Σανδάλια ὑποδήματα· Et sexcenta hujusmodi. Sic hìc *Ægisthus Orestis* πατέρα κλυτὸν ἔκτα· indè apud τοὺς μεθ' Ὅμηρον, *patricida* dictus πατροκτόνος. Quanquam & is propriè πατροκτόνος est Gr. ut Lat. *Patricida* seu *Parricida*, non qui patrem alterius (uti hìc *Ægisthus* πατροφονεὺς) sed qui suum ipsius *patrem interficit*.

13 ***Et tu amice,(omninò enim te video pulchrùmq; magnùmq;)***
Strenuus esto,ut quis te etiam posterorum eximiè laudet.
14 ——————————— ***Jupiter autor*** est ***qui***[i] ***dat,***
Viris rerum-inventoribus, prout velit unicuique.
15 [k] ***Illam enim cantilenam magìs celebrant homines,***
Quæ audientibus novissima advenerit.
16 [l] ***Sed domum profecta tua ipsius opera cura,***
Telámque colùmque, & ancillis manda
Opus peragere: [m] ***sermo autem viris curæ-erit*** ***(domo.***
Omnibus, potissimùm verò mihi, hujus enim imperium est in

[i] *Mat.* 20. 14, 15. Volo autem huic novissimo dare, sicut & tibi; Annon licet mihi quod volo facere in meis rebus? [k] *Psal.* 96. 1. (& alibi) Cantate Domino canticum novum. *Act.* 17. 21. Ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid novi. [l] *Prov.* 31. 13, 18, 19. Ancillísque pensum distribuit, sentit quàm bonum sit suum negotium-- Admovet colo manus fusúmque manibus tenet. [m] 1 *Cor.* 14. 34. Mulieres in Ecclesiis taceant; non enim permittitur eis loqui. 1 *Tim.* 2. 11, 12. Mulier in silentio discat--Docere autem mulieri non permitto.

---

venire: ἄλφα antem *Græc.* ab *Heb.* אלף *Aleph, quod luculento est argumento* (ait Cl. *Vossius* Grammat. l. 3. c. 31.) *Heb. Aleph valuisse A.* Est enim hæc litera א una ex tribus *matribus* quas vocant *lectionis* (reliquæ duæ ו & י) sic dictis, quòd earum ope facilis olim & expedita fuerit lectio apud *Hebræos*, etiam non adjectis (fortè nec inventis) punctis vocalibus. Aleph autem *Heb.* vel ab אלף *didicit*, vel ab אלוף *princeps, dux*, quia *dux* est & *prima* omnium literarum. (*Bellarm.*) vel ab אלף *Chald.* אלפא *bos* ob figuram, quia *bovem*, seu potiùs *bovis* caput quodammodo repræsentat. *Hesych.* Ἄλφα, βοὸς κεφαλή· vel, ut quidam legunt, Βοῦς, κεφαλή.

[p] *Plato* de Rep. 4. (ubi pro ἐπικλείουσι legitur ἐπιφρονέουσιν, & pro ἀκουόντεσσι, ἀμφιπέλεται.) *Plin.* Epist. lib. 5. *Sext. Empir.* adv. *Mathem.*

Et

Et concinit *Pindar. Olymp.* 9. Αἴνει παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Ubi Schol. citat hunc *Homeri* locum. Φιλοκαινία insitus humano ingenio morbus, *Est natura hominum* &c. Plerique hactenus *Athenienses* sumus; cupimus ἀκούειν τι καινότερον. *Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum. Ovid. Naturale est magis nova quàm magna mirari. Sen.* Nat. quæst. l. ult. Ἀνάγκη δ' ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν, *Corinth.* Legati apud *Thucyd.* l. 1. ubi, Παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον, &c. inquit *Schol.* Ἔνια (imò pleráque) τέρπει καινὰ ὄντα. *Aristot.* Eth. 10. 4. Nec verò siquis nova antiquis præferat, is statim καινολογίας & curiositatis est insimulandus: potest quippe hoc interdum ex rectæ rationis normâ & judicio fieri; nam (teste *Cicer. Acad.* qu. l. 1.) *Certè recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè*, & τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἧττον διώρθωται τῶν νεωτέρων. *Aristot.* Polit. 2. 11. Imò potest quis nimium esse φιλάρχαιος, ità ut si vetera omnia miretur, & nova despretui habeat, meritò *invidiæ* crimen incurrat, cujus *nimirum hi mores sunt*, uti olim querebatur *Martialis*, *Præferat antiquos semper ut illa novis.*

ᵍ Femina οἰκουρὸς esse debet, & quæ intra domum sunt, curare. Μέλει γὰρ ἀνδρὶ, μὴ γυνὴ βουλευέτω Τἄξωθεν, ἔνδον δ' οὖσα, &c. *Æschyl.* Ἑπτ. ἐ. Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθι μετ' ἀμφιπόλοισιν ἔκηλος Μίμνε δόμοις. *Apoll. Argon.* 1. Ubi *Schol.* Παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα. Communis quasi hæc vox naturæ, omniúmque Gentium est, Femina intùs colum

17 Παιδὸς ʳ γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῷ.

18 ——————— ˢ Τόγε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
Τοιοῦδ', οἷος ὅδ' ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.

19 ᵗ Οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ οἱ δῶ
Ἀφνειὸν πέλεται, καὶ τιμηέστερος αὐτός.

20 ᵘ Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο,
Καὶ δμώων. ———

ʳ Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος. *Phocyl.* quantò magis à filio? Prudens mater nè filium quidem rectè monentem dedignatur audire; quantò magis filius salutari matris consilio debet obtemperare? Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἡ μήτηρ ποιεῖ, σκεπτέον οἵως ἔτι δεῖ τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσι τὰ εἰς εὐπείθειαν ἐφ' οἷς παραινοῦνται τὰ δέοντα οἱ γονεῖς. uti piè hìc monet *Eustath.* Et fortè in animo habuit doctiss. Præsul monitum illud *Paulinum Eph.* 6. 1. (quanquam in tam vastis Commentariis nè semel quidem citat S. Scripturam) Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν κυρίῳ.

ˢ De *Anaxenore* quodam Citharœdo *Magnesio* refert *Strabo.* l. 14. Statuam ejus æneam in theatro erectam cum hac Epigraphe, Ἦτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν, &c.

ᵗ Ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. *Pind. Olymp.* 1. Βασιλεία γὰρ μέγιστον μὲν τῶν κατ' ἀνθρώπους, *Apollon.* apud *Philostrat.* l. 5. Οὗτος γὰρ (ὁ βασιλεὺς sc.) ὥσπερ θεὸς ἐν τῷ κόσμῳ, ἀγεμὼν τε καὶ πρεσβύτας ἐντί. ——Τῶν μὲν ἐν φύσει τιμιωτάτων ἄριστος ὁ θεός. Τῶν δὲ περὶ γᾶν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὁ βασιλεύς· ----ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχημάτισται. *Diotogen. Pythagoreus* de Regno apud *Stob.* ubi plura in hanc rem vide, tum ex eodem *Diotog.* tum etiam ex

Ecphanta

ac lanam tractet, Vir publica negotia obeat, & forum frequentet. Mirum ergo quòd tanquam novum, & insolens istud de *Græcis* narret *Sophoclis* Schol. ex *Nymphodoro*, Ἐν μὲν γὰρ τοῖς Ἕλλησιν (apud quos verò non?) οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἔνδον μένουσαι ταλασιουργοῦσιν. *Chrysost.* Hom. 34. in 1 ad *Cor.* Ἴσως γὰρ καὶ ἠλακάτη τῆς γυναικός. *Hoc ex Homero* (inquit doctissimus *Dounæus* in Notis.) *Sic enim Telemachus ad matrem Odyss.* 1. Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, &c. Antipodes nimirum naturæ, & consuetudini, jurique gentium in hoc videntur esse veteres *Ægyptii*, apud quos sc. αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι (si non ἀγοράζουσι) καὶ καπηλεύουσι, οἱ δὲ ἄνδρες ὑφαίνουσι. *Herodot. Euterp.* Τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε] Longè aliud erat Γύναι, πρᾶττε τὰ σά, nempe formula solennis divortii, cui respondet formula illa Latina, *Res tuas tibi habeto*, vel *Res tuas tibi agito*. Vid. *Zonar.* in Can. Concil. *Trull.* & *Brisson.* Formul. l. 8. Μῦθος δ', &c.] Οὐχ ἁπλῶς οὐ γὰρ χρὴ ἄλλαλον πάντη τὴν γυναῖκα μένειν, ἀλλ' ὁ δημηγορικὸς λόγος, καὶ ἐν μέσῳ ἀνδρῶν. (*Eustath.*) ὡς οὐ πρέπον γυναιξὶ δημηγορεῖν. Hinc sumptum illud *Soph.* in *Ajace* sentit *Erasmus*, Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, quod & huc affert *Eust.* *Tacita bona 'st mulier semper quàm loquens*, *Plaut.* Rud. *Chariclia* apud *Heliodor. Æthiop.* 1. Πρέπειν γὰρ οἶμαι γυναικὶ μὲν σιγὴν, ἀνδρὶ δὲ ἀπόκρισιν ἐν ἀνδράσι. Τοῦ γὰρ κράτος] ἐγὼ γὰρ οἰκοδεσπότης. *Eustath.* quod paulò infrà πλατύτερον dicit, Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο, &c. Vid. ibi.

17 [n] *Filii enim sermonem prudentem reposuit in animo.*
18 ——— [o] *Hoc præclarum est, audire cantorem*
Talem, qualis hic est Diis similis voce. (sc. *domus*
19 *Non enim ullatenùs malum* est *regnare; statim verò ei* regi
Locuples fit, & honoratior ipse.
20 [p] *Cæterùm ego domûs rex ero nostræ,*
Et famulorum.

[n] *Luc.* 2. 51. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.
[o] *Eccles.* 2. 8. Comparavi mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum.

[p] *Esth.* 1. 22. Ut quisque vir imperitaret in domo suâ. 1 *Tim.* 3. 4. Suæ domui benè præpositum, filios habentem subditos, &c.

Ecphanta Pythagorico, aliisque. Ὁ βασιλεὺς ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων. *Plat.* Politic. *Regnum res inter Deos, hominésque pulcherrima. Liv.* l. 26. *Quisquamnè regno gaudet? ô fallax bonum!* (*Sen. Oedip.*) Imò, *Quisquamnè regnum spernit? ô felix bonum!*

[a] Ἡ μὲν οἰκονομικὴ, μοναρχία· μοναρχεῖται γὰρ πᾶς οἶκος. *Aristot.* Polit. 1. 4. & Oecon. 1. 1. Atque hinc fortè Ἄναξ apud *Græcos* non est tantùm *Rex* seu βασιλεὺς, sed etiam *Herus*, *Dominus* seu δεσπότης, quia hæc duo ἀντιστρέφονται, & reciprocantur inter se, Rex est paterfamilias (certè pater patriæ) in suo regno, & paterfamilias est rex in suâ domo.

Et concinit *Pindar. Olymp. 9.* Αἴνει παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Ubi Schol. citat hunc *Homeri* locum. Φιλοκαινία insitus humano ingenio morbus, *Est natura hominum* &c. Plerique hactenus *Athenienses* sumus; cupimus ἀκούειν τι καινότερον. *Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum, Ovid. Naturale est magis nova quàm magna mirari. Sen.* Nat. quæst. l. ult. Ἀνάγκη δ' ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν, *Corinth.* Legati apud *Thucyd.* l. 1. ubi, Παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον, &c. inquit *Schol.* Ἔνια (imò pleráque) τέρπει καινὰ ὄντα. *Aristot.* Eth. 10. 4. Nec verò siquis nova antiquis præferat, is statim καινολογίας & curiositatis est insimulandus: potest quippe hoc interdum ex rectæ rationis normâ & judicio fieri; nam (teste *Cicer. Acad.* qu. l. 1.) *Certè recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè,* & τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἧττον διήρθρωται τῶν νεωτέρων. *Aristot.* Polit. 2. 11. Imò potest quis nimium esse φιλάρχαιος, ità ut si vetera omnia miretur, & nova despretui habeat, meritò *invidiæ* crimen incurrat, cujus *nimirum hi mores sunt*, uti olim querebatur *Martialis*, *Præferat antiquos semper ut illa novis.*

¶ Femina οἰκουρὸς esse debet, & quæ intra domum sunt, curare. Μέλει γὰρ ἀνδρὶ, μὴ γυνὴ βουλευέτω Τἄξωθεν, ἔνδον δ' οὖσα, &c. *Æschyl.* Ἑπτ. ἐ. Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθι μετ' ἀμφιπόλοισιν ἕκηλος Μίμνε δόμοις. *Apoll. Argon.* 1. Ubi *Schol.* Παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα. Communis quasi hæc vox naturæ, omniúmque Gentium est, Femina intùs colum

17 Παιδὸς [r] γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῷ.
18 ——— [s] Τόγε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
Τοιοῦδ', οἷος ὅδ' ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.
19 [t] Οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ οἱ δῶ
Ἀφνειὸν πέλεται, καὶ τιμηέστερος αὐτός.
20 [u] Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο,
Καὶ δμώων.———

[r] Λάμβανε καὶ βουλὴν παρ' οἰκείου ἐν φρονέοντος. *Phocyl.* quantò magis à filio? Prudens mater nè filium quidem rectè monentem dedignatur audire; quantò magis filius salutari matris consilio debet obtemperare? Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἡ μήτηρ ποιεῖ, σκεπτέον οἵους εἶναι δεῖ τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσι τὰ εἰς εὐπείθειαν ἐφ' οἷς παραιτοῦνται τὰ δέοντα οἱ γονεῖς. uti piè hìc monet *Eustath.* Et fortè in animo habuit doctiss. Præsul monitum illud *Paulinum Eph. 6. 1.* (quanquam in tam vastis Commentariis nè semel quidem citat S. Scripturam) Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν κυρίῳ.

[s] De *Anaxenore* quodam Citharœdo *Magnesio* refert *Strabo.* l. 14. Statuam ejus æneam in theatro erectam cum hac Epigraphe, Ἦτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν, &c.

[t] Ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. *Pind. Olymp.* 1. Βασιλεία γὰρ μέγιστον μὲν τῶν κατ' ἀνθρώπους, *Apollon.* apud *Philostrat.* l. 5. Οὗτος γὰρ (ὁ βασιλεὺς sc.) ὥσπερ θεὸς ἐν τῷ κόσμῳ, ἀγεμών τε καὶ πρεσβύτας ἐντί. ——— Τῶν μὲν οὖν φύσει τιμιωτάτων ἄριστος ὁ θεός. Τῶν δὲ περὶ γᾶν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὁ βασιλεύς· ----- ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχημάτισται. *Diotogen. Pythagoreus* de Regno apud *Stob.* ubi plura in hanc rem vide, tum ex eodem *Diotog.* tum etiam ex *Ecphanta*

ac lanam tractet, Vir publica negotia obeat, & forum frequentet. Mirum ergo quòd tanquam novum, & insolens istud de *Græcis* narret *Sophoclis* Schol. ex *Nymphodoro*, Ἐν μὲν γὰρ τοῖς Ἕλλησιν (apud quos verò non?) οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἔνδον μένουσαι ταλασιουργοῦσιν. *Chrysost.* Hom. 34. in 1 ad *Cor.* Ἱστὸς γὰρ καὶ ἠλακάτη τῆς γυναικός. *Hoc ex Homero* (inquit doctissimus *Dounæus* in Notis.) *Sic enim Telemachus ad matrem Odyss.* 2. Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, &c. Antipodes nimirum naturæ, & consuetudini, jurìque gentium in hoc videntur esse veteres *Ægyptii*, apud quos sc. αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι (si non ἀγοράζουσι) καὶ καπηλεύουσι, οἱ δὲ ἄνδρες ὑφαίνουσι. *Herodot. Euterp.* Τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε] Longè aliud erat Γύναι, πρᾶττε τὰ σά, nempe formula solennis divortii, cui respondet formula illa Latina, *Res tuas tibi habeto*, vel *Res tuas tibi agito*. Vid. *Zonar.* in Can. Concil. *Trull.* & *Brisson.* Formul. l. 8. Μῦθος δ', &c.] Οὐχ ἁπλῶς οὐ γὰρ χρὴ ἄλαλον πάντη τὴν γυναῖκα μένειν, ἀλλ' ὁ δημηγορικὸς λόγος, καὶ ἐν μέσῳ ἀνδρῶν. (*Eustath.*) ὡς οὐ πρέπον γυναιξὶ δημηγορεῖν. Hinc sumptum illud *Soph.* in *Ajace* sentit *Erasmus*, Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, quod & huc affert *Eust.* *Tacita bona 'st mulier semper quàm loquens*, *Plaut.* Rud. *Chariclia* apud *Heliodor. Æthiop.* 1. Πρέπειν γὰρ οἶμαι γυναικὶ μὲν σιγὴν, ἀνδρὶ δὲ ἀπόκρισιν ἐν ἀνδράσι. Τοῦ γὰρ κράτος] ἐγὼ γὰρ οἰκοδεσπότης. *Eustath.* quod paulò infrà πλατύτερον dicit, Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο, &c. Vid. ibi.

17 [n] *Filii enim sermonem prudentem reposuit in animo.*
18 ——— [o] *Hoc præclarum est, audire cantorem*
Talem, qualis hic est Diis similis voce. (sc. *domus*
19 *Non enim ullatenùs malum* est *regnare; statim verò ei* regi
Locuples fit, & honoratior ipse.
20 [p] *Cæterùm ego domûs rex ero nostræ,*
Et famulorum.

[n] *Luc.* 2. 51. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.

[o] *Eccles.* 2. 8. Comparavi mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum.

[p] *Esth.* 1. 22. Ut quisque vir imperitaret in domo suâ. 1 *Tim.* 3. 4. Suæ domui benè præpositum, filios habentem subditos, &c.

Ecphanta Pythagorico, aliisque. Ὁ βασιλεὺς ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων. *Plat.* Politic. *Regnum res inter Deos, hominésque pulcherrima. Liv.* l. 26. *Quisquamnè regno gaudet? ô fallax bonum!* (*Sen. Oedip.*) Imò, *Quisquamnè regnum* spernit? ô felix *bonum*!

[a] Ἡ μὲν οἰκονομικὴ, μοναρχία· μοναρχεῖται γὰρ πᾶς οἶκος. *Aristot.* Polit. 1. 4. & Oecon. 1. 1. Atque hinc fortè Ἄναξ apud *Græcos* non est tantùm *Rex* seu βασιλεὺς, sed etiam *Herus*, *Dominus* seu δεσπότης, quia hæc duo ἀντιστρέφονται, & reciprocantur inter se, Rex est paterfamilias (certè pater patriæ) in suo regno, & paterfamilias est rex in suâ domo.

Οδ. β'.

1 [a] Ἐσθλός μοι δοκεῖ εἶναι ὀνήμενος, εἴθε καὶ αὐτῷ
Ζεὺς ἀγαθὸν τελέσειεν ὅ, τι φρεσὶν ᾗσι μενοινᾷ.

2 [b] Ἦτ' ἂν ἀμυναίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη,
Οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ ἔργα τετεύχαται.——————

3 —————— [c] Θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν,
Μή τι μεταστρέψωσιν ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα.

4 [d] Λίσσομαι ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἠδὲ Θέμιστος,
Ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει.

5 [e] Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

6 —————— [f] Ἔα βουλήν τε νόον τε
Ἀφραδέων, ἐπεὶ οὔτι νοήμονες, οὐδὲ δίκαιοι.
Οὐδέ τι ἴσασιν θάνατον, καὶ κῆρα μέλαιναν,
Ὃς δή σφιν σχεδόν ἐστιν.——————

7 —————— [g] Ὑψαγόρη, μένος ἄσχετε, ποῖον ἔειπες
Ἡμέας αἰσχύνων; ἐθέλεις δέ κε μῶμον ἀνάψαι.

8 [h] Ἔξιτέ μοι μεγάρων, ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαῖτας,
Ὑμὰ κτήματ' ἔδοντες, ἀμειβόμενοι κατὰ οἴκους.
Εἰ δ' ὕμιν δοκέει τόδε λωΐτερον καὶ ἄμεινον
Ἔμμεναι, ἀνδρὸς ἑνὸς βίοτον νήποινον ὀλέσθαι,
Κείρετ', ἐγὼ δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντας,
Αἴ κέ ποτε Ζεὺς δῷσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι.

[a] ¶ Ὀνήμενος vocabulum inter ἅπαξ λεγόμενα. exp. vel activè ὄνησιν φέρων, ab ὄνημι-μαι, ὀνήμενος, ut à δίζημι-μαι, διζήμενος (*Eust.*) *Utilis, commodus*, χρηστός. Vel passivè, ἄξιος ὀνήσεως, οἷς, ὄνησιν ἑαυτῷ λάβοι, *Scholiast.* & *Hesych.* Est igitur, Ὀνήμενος, ὄνησιν φέρων juxta *Eustath.* ut Ὀνησιφόρος, ὠφέλειαν φέρων, juxta *Hesych.* & *Suid.* (quanquam respuit hanc vocem nescio quare *J. Poll.* in Onom.) eóque libentiùs locum illum *Paulinum* de *Onesiphoro* hùc accommodavi, quando Ὀνήμενος & Ὀνησίφορος voces sunt Synonymæ.

[b] *Il.* χ. Ἦ σ' ἂν τισαίμην εἴ μοι δ. γ. π. quem versum laudat *Plut.* De Superstit. ¶ Ἀνσχετὰ per syncopen pro ἀνασχετὰ, ut ἄνσχεο, ἀνστὰς, ἀμφαδὸν, &c. Ἀνασχετὸς, οἰστὸς, *tolerabilis*: unde homonymia illa de quodam *Anascheto* apud *Aristot.* Rhetor 3. 11. Ἀνάσχετος οὐκ ἀνασχετός. Tamdiu ferendæ injuriæ, quamdiu tolerabiles esse videntur. Nam si modum & mensuram excedant, Παλαιὰν φέρων ὕβριν προσκαλεῖται νέαν, *Veterem ferendo injuriam invitas novam.* Quid ergo? licetne ἀμύνασθαι, cùm ἔργα οὐκ ἔτ' ἀνσχετά; Parcè hìc, & cautè, ô Christiane, quisquis es. Quin audi Magistrum tuum, *Si quis percusserit te in dexteram maxillam*, &c. audi Doctorem θεόπνευστον, Μὴ ἐκδικοῦντες ἑαυτοὺς, &c. audi sapientem è Porticu, *Senecam* volo. l. de Constantia sapientis. *Qui dicit illud tolerabile sapienti, illud intolerabile, & animi magnitudinem intra certos fines tenet, malè agit; vincit vos fortuna, nisi tota vincatur.* Præclarè quidem, & pro genio Stoæ. Miraris magnanimitatem & patientiam hominis? mirari desine: quomodo enim is injuriarum patiens, qui ullas omnino esse injurias negat? Nempe hoc ille discrimen statuit inter *Epicureos* & *Stoicos*, quòd *Ille* (Epicurus sc.) *ait injurias tolerabiles esse sapienti, nos injurias non esse.* Et paulò pòst, *Nomen injuriæ non potest recipi virtute salvâ*: quod, ni fallor, inter *Stoicorum* paradoxa recenseri meretur. *Volenti non fit injuria*, inquit *Aristot.* nec sapienti inquit *Seneca*, apud quem plura vid. hanc in rem præclara & sublimia loco jam laudato.

OD. 2.

1 [a] *PRobus mihi videtur esse* & *commodus ; utinam & illi*
Jupiter bene vertat, quæcunque mente suâ cogitat.
2 *Omninò sanè vindicarem, si mihi potentia adesset,*
Non enim ampliùs tolerabilia facinora patrantur.
3 ———— [aa] *Deorum timete iram,*
[b] *Ne fortè sententiam--mutent irati ob mala facinora.*
4 *Oro tum per Jovem Olympium, tum per Themidem ,*
Quæ hominum concilia tam dissolvit quàm cogit.
5 [c] *Pauci enim filii similes patri sunt ,*
Plerique pejores, pauci verò parentibus meliores.
6 ——— [d] *Mitte consilium, mentémque*
Stultorum, quandoquidem haudquaquàm cordati, nec justi sunt.
[e] *Nec omninò nôrunt mortem, & sortem atram,*
Quæ jam ipsis propè est.———
7 [f] *Alti-loque, animi insolens, quale* verbum *dixisti*
Nos probro-afficiens ? vis autem labem nobis *aspergere.*
8 *Exite è domo meâ , alias apparate dapes ,*
[g] *Vestra bona edentes, alternis-vicibus* convivantes *domatim :*
Si verò vobis videtur hoc satius & melius
Esse, viri unius substantiam gratìs perdere ;
Agite, absumite, ego verò Deos invocabo sempiternos,
An fortè aliquando Jupiter det horum operum in posterũ ultionẽ.

[a] *2 Tim.* 1.16. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpè me refrigeravit. [aa] *Deut.* 9. 19. Timui enim indignationem & irã illius (Dei sc.) [b] *Prov.* 24.18. Fortè videat Dominus, & displiceat ei. [c] *Eccles.* 2. 18, 19. Odi omnem laborem meum, &c. quòd relicturus sum eum homini, qui futurus est post me. Et quis scit utrum sapiens futurus sit an stolidus ? [d] *Psal.* 1. 1. Beatus ille, qui non ambulavit in consilio improborum. [e] *Eccles.* 9.12. Nescit homo finem suum ; sed sicut pisces capiuntur hamo—Sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplò supervenerit. [f] *Prov.* 13. 10. Inter superbos semper jurgia sunt. & 26.21. Ut carbo ad prunas, & ligna ad ignem, ità vir contentiosus ad accendendam litem. [g] *2 Thess.* 3. 12. Suum panem manducent.

---

[c] Διὸς δ' ἀλεώμεθα μῆνιν, *Hom.* alibi. [v] Ευ δ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶ[ναι]. *Hesiod.* ' Ἀγασσάμενοι. ¶ Θαυμάσαντες, φθονήσαντες. *Hesych.* addo & μεμψάμενοι, κοτεσσάμενοι, ità enim hìc, & alibi, ut Od. κ. ἀγασσάμεθ' ἐξερέοντες ubi *Eust.* ἀγάσασθαι, μέμψασθαι.

[d] Θέμις, ἔθος, & ἴσος, apud *Hom.* non tantùm *lex, jus* & *fas*, sed etiam Θεὰ μυθικὴ κατὰ προσωποποιΐαν, Dea legum & judiciorum Præses, *Themis, Astrea* , Δίκη *Hesiod.* Θέμιν δὲ μυθολογοῦσι μαντείας καὶ θυσίας καὶ θεσμοὺς τοὺς περὶ τῶν θεῶν πρῶτον εἰσηγήσασθαι, καὶ τὰ περὶ τὴν εὐνομίαν καὶ εἰρήνην καταδεῖξαι. *Diod. Sic.* l. 5. Θέμιστες in plur. *leges, judicia.* Λύει, &c.] Τοῦτο γνωμικῶς ῥηθὲν σχῆμα, ὅ ἐστι τρόπον ὑστερολογίας, ἤγουν πρωθυστέρου, ἔχει πρῶτον γὰρ τὸ καθίζειν τοῦ λύειν. *Eustath.*

[e] *Ætas parentum pejor avis tulit Nos nequiores, mox daturos* Progeniem *vitiosiorem.* Horat. Probum *patrem esse oportet, qui gnatum suum esse* probiorem

probiorem quàm ipsius fuerit, postulet. Plaut. Pseud. Adeò maxima pars mortalium, Οὐ πατρικὰ αὐλεῖ μέλη, h.e. (juxta Græc. Parœmigr.) à parentibus suis degenerant. Ἐξ ἐσθλῶν ϗ φὺς Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς Παύρων μετ' ἄλλων· ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως Εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. *Eurip.* Heracl. *Aratus*, laudante *Lambino*, Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο Χειροτέρην, ὑμεῖς ϗ κακώτερα τέξεισθε. Mihi tamen hæc nondum videre contigit apud *Aratum*. Hinc adagium illud, cujus meminit inter alios *Plut.* in *Phocione* & *Catone* (qui & ipsi viri optimi pessimos reliquerunt filios) Ἡρώων τέκνα πήματα, *Heroum filii noxæ. Quasi natura lege, quæ crebrò tanquam ex industriâ malos è bonis gignit. Aurel. Vict.* de *Cæsarib.* Testes inter alios monstrum illud hominis *Caligula*, & *Commodus* ille incommodus; uté que optimi parentis, hic *M. Antonini*, ille *Germanici* plusquàm degener proles, & ut loquuntur Hebræi, חומץ בן־יין, *Acetum filius vini.* Ὡς ἄρα τῶν καλῶν ϗ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὥσπερ εἰμαρμένον εἴη τοὺς υἱεῖς φαύλους ἀποβαίνειν, ϗ ὀλίγου τινὸς (lego ὀλίγους τινὰς) ἀξίους τῆς πατρῴας ἀρετῆς. *Aristid.* to. 3. orat. *Platon.* 2. qui & hos *Hom.* versus ibidem infrà adducit. Sic auream ætatem excepit argenteam ænea, hanc ferrea; degenerante paulatim, & vergente in pejus naturâ hominum. Παῦροι ϗ, &c.] Quotusquisque est, de quo illud obtinet, quod *Hector Astyanacti* suo precatur, *Il.* ζ. Καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων. *Pauci quippe boni*, adeóque pauci patre meliores, *vel duo vel nemo*: unus ferè aut alter, puta *Achilles Peleo*, & *Diomedes Tydeo*, (teste *Flacco*) *Tydides melior patre.* Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων· Παῦροι ϗ παῖδες κρείττονες γεννητόρων.

[f] Οὐδέ τι ἴσασιν, &c.] *Nescia mens hominum fati sortisque futuræ, Virg.* Improbi mortem impendentem non vident, neque præsentiunt. Verissimè id quidem à Musonio dictum apud *Stob.* Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν, ὡς ἐσχάτην βιῶσαι. Et tamen quotusquisque est, qui mortem sibi propinquam putat, Quemque *diem credens* sibi *diluxisse supremum*, & non potiùs procul à se amolitur decretorium illum diem, [d] Ος δή οἱ σχεδὸν ἐστι. Paucissimi adeò sunt, qui Parcam sibi imminentem præsagiunt, aut atram illam Divam in oculis aut in animo habent. Improbi præsertim homines & injusti, οἱ οὔτι νοήμονες οὐδὲ δίκαιοι, nihil minùs quàm mortem cogitant; cùm contrà *vita sapientis* nihil aliud sit quàm *meditatio*

9 ——— [i] Εἰ δ' ἄγε νῦν μαντεύεο σοῖα τέκεσσι.

10 [k] Ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο
Φοιτῶσ', οὐδέ τε πάντες ἐναίσιμοι. ———

11 [l] Μή τις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς ϗ ἤπιος ἔστω
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς,
Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη, ϗ αἴσυλα ῥέζοι.

[i] Imitari videtur *Virg.* Æn. 11. *Capiti cane talia demens Dardanio, rebúsque tuis.* Et huc, ni fallor, alludit *Arrian. Epict.* l. 1. c. 24. Ἀπελθε, σεαυτῷ μαντεύου. Et *Theocr.* Idyl. 6. Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων Ἐχθρὰ φέροιτο ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ. *Res tuas age*, familiam tuam cura, instrue liberos tuos & domesticos, Παισὶν ἑοῖς ἐπίτασσε. Theocr. Id. 5. Quid tibi nobiscum? nè sis ἀλλοτριοεπίσκοπος, nec *in aliena Rep. curiosus.*

[k] Ἐναίσιμοι hìc *Fatales*, *fatidicæ*, *oscines*, *præpetes*, (quanquam sunt qui inter *oscines* & *præpetes* sic distinguunt, ut *oscines* aves sint, quæ ore futura prædicunt; *præpetes* quæ volatu. *Fest. Præpetes, aves dicuntur, quæ se ante auspicantem ferunt: nam antiqui præpetere dicebant pro anteire*) *futurorum prænuntiæ*, ¶ αἴσιμα, i.e. πεπρωμένον τι δηλοῦντες, μαντικοί· alioqui ἐναίσιμον est τὸ καθῆκον, καλὸν, ἀγαθόν, Οὐ πάντες ὄρνιθες ἐναίσιμοι. q. d. Οὐ πάντες οἱ ὄρνιθες οἰωνοί. Nam ὄρνις ἐναίσιμος propriè est οἰωνός. Unde & οἰωνὸς pro augurio, ut Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, &c. *Hesych.* Εἰρῆσθαι ϗ οἰωνοὶ, δι' ὧν οἰόμεθα τὰ μέλλη, ὅθεν ϗ οἰωνοπόλοι οἱ μάντεις. Ubi si & mihi μαντεύεσθαι & quasi οἰωνίζεσθαι liceat, pro οἰόμεθα τὰ μέλλη, quod nihili est, omninò legendum suspicor atque conjicio, οἰόμεθα τὰ μέλλοντα. Nota Gentium Vanitas in omnibus

meditatio mortis, ut inquit ille.

g Ὕψαγ. hìc in vitio ponitur q. d. μεγαλοῤῥήμων, μεγαλήγορος, ψεύστης, Συκοφάντης. (*Eust.*) alioqui verò ὕψος est virtus orationis, teste *Longino* περὶ Ὕψους. Sed nimirum multæ voces vitium trahunt in compositione, quæ per se simpliciter nihil mali sonant, ut Οἰνοπότης, Χειρόδικης, &c. Μῶμον ἀνάψαι] *maculam inurere, labem aspergere*, ψόγον περιθεῖναι. *Schol.* Μὴ μῶμόν ἀνάψης. *Phocyl.* Μῶμος, ψόγος. *Hesych.* מום apud *Lycophr.* *ignominia, macula, labes, dedecus*: ab Hebr. מום. Est etiam Μῶμος Θεός τις μυθικὸς, μομφῆς καὶ ψόγου προεστώς. Sed non apud *Homerum*, qui tamē alios ferè omnes Deos & Deastros meminit. Quanquam qui *Momum* inter Deos suos non posuit, habuit posteà inter homines suum *Zoilum*.

h Νήποινον] hìc est ἀδάπανον, *gratuitum*, pro quo ποινὴ, h.e. pretium non solvitur. Suprà Odyss. α. Ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσιν, *Alienum victum seu cibum gratis comedunt*. Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται. *Hesiod. Theog.* Hoc *Græci* παροιμιακῶς dicunt, Ἄσυντα θύειν, i.e. ἀδάπανον & nullo suo sumptu lautè epulari. Vid. *Casaub.* Animadv. in *Athen.* lib. 1. c. 7. *Plaut.* Captiv. *Quasi mures semper edimus alienum cibum.* Hinc dictum illud proverbiale apud *Sidon. Apollin.* l. 3. ep. 13. *Tam panis bonus quàm panis alienus.* Et *Diogenes* sanè interrogatus, Ποῖον οἶνον ἡδέως πίνει, ἔφη, τὸν ἀλλότριον. *Martial.* Epigram. l. 5. de egregio quodam cœnipeta seu parasito, *Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.* Quamvis autem *miserum* hoc *esse* meritò dixerit *Satyricus*; sunt tamen heu! nimiùm multi, quibus cordi & melli est partim per sycophantiam, partim per rapinam, *alienâ vivere quadrâ.* Hinc *Theopompus* parasitus apud *Athen.* l. 4. dictum hoc pro oraculo habuit, Τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Et *Alexis* apud eundem, Οὕτω τι τἀλλότρι' ἐσθίειν ἐστὶ γλυκύ. Et Parasitos ἀλλοτριοφάγους vocat idem *Dipnosophista* ex *Sophocle*. Κείρετ'] ¶ Κατεσθίετε, ἀναλίσκετε· sic *Il.* φ. Ἐπινεφρίδιον κείροντες. *Oppian.* Hal. 3. Κτέσιν ἀεὶ κείροντες ἀσημάντοιο δόμοιο. Sic & *tondere* prata dicunt *Latini* de ovibus. Ἐπιβώσ. per crasin pro ἐπιβοήσομαι, ut νῶσαι pro νοῆσαι apud *Herodot.* & ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα. Sic δῶμα à δόμημα, *Eustath.* Παλίντιτα] ἀποδεκτὰ, ὅ ἐστιν ἐξ ὑποστροφῆς τιμωρίαν δωσοντα. *Hesych.* Παλίντιτον λέγεται, ὡς ἡ τίσις ὅ ἐστιν ἐκδίκησις πάλιν ἥγουν ὕστερον καὶ ἐν τῷ μέλλοντι χρόνῳ γίνεται. *Eustath.* ad locum.

9 ——— h *Agedum nunc, vaticinare tuis liberis.*
10 *Aves sanè multa sub radiis solis*
Volitant, néque verò omnes oscines, nec ad auspicia aptæ.
11 *Nè quis ampliùs benevolus, mansuetus, & mitis sit*
Sceptriger rex, néque in animo honesta sciens,
Sed semper sævus sit, & nefaria perpetret.

h 1 *Thess.* 4. 11. Vestrum negotium agatis. 1 *Pet.* 4. 15. Nemo vestrum patiatur ——— ut alienarum rerum inspector.

---

nibus captandis ex avium garritu volatúque: unde *augures* & *auspices* Lat. dicti. Sunt & apud nos, mulierculæ imprimis & rustici, qui omina & auguria & auspicia nescio quæ superstitiosè nimis observant. Contra quam vanitatem (nequid gravius dicam) non incommodè torqueri poterit, idque παροιμιωδῶς hic *Homeri* locus. Hùc porrò spectant versus illi. *Il.* μ. ab *Agellio* etiam laudati. l. 6. c. 7. quibus nimirum *Hector* fratris sui Polydamantis οἰωνομαντίαν vel potiùs οἰωνομανίαν perstringit atque castigat. Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις Πείθεσθαι, τῶν ὄτι μεταρέπομ', οὔτ' ἀλεγίζω. Huc etiam pertinet versus ille in Orac. *Chald.* apud *Opsop.* Αἰθέριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς οὔποτ' ἀληθής. Quid quòd hanc Οἰωνιστικὴν seu Ornithomantiam tanquam frivolam & inanem sapientiores etiam Ethnici deridebant. Vid. *Cic.* De Divin. l. 1. (ubi contra augures & aruspices ex *Pacuvio* hos versus

versus citat Princeps Romani *Tullius* eloquii, *Nam isti qui linguam avium intelligunt, Plúsque ex alieno jecore sapiunt, quàm ex suo, Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.*) *Plin.*Hist. Nat.28 2. *Val. Max.* 1. 6. Et aves ipsæ apud *Aristoph.* Avib. Ἐσμὲν δ' ὑμῖν δαίμων, Δελφοὶ, Δωδώνη, Φοῖβος, Ἀπόλλων. Ἐλθόντες γὰρ, πρῶτον ἐπ' ὄρνις ὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε. Citat verò hunc *Hom.* locum *Clem. Alex.* Strom. 7.

l Πρόσφρων ἀγ. κ. ἤπ. ἔσω Σκηπτ. βασ. ἤδὲ φρ' αἴσ. εἰδώς. Character & officium boni Regis. Ἀλλ' αἰεὶ, &c.] h.e. uno verbo τύραννος sit. Et Tyrannum quidem hic περιεισάγει Poeta, at voce τύραννος nusquam utitur. Insignis hac de re locus est apud *Scholiast. Soph. Oedip.* Tyran. ubi explicans Epigraphen illius tragædiæ, Ἴδιον δή τι (inquit) πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ, τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς τυράννους προσαγορεύοντες, ὀψέ ποτε τῦδε τῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχυ χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησιν. Ὅμηρος γῦν τὸν πάντων παρανομώτατον Ἔχετον βασιλέα φησὶ κ' ὐ τύραννον, Εἰς Ἔχετον βασιλῆα-- & deinde post allata nonnulla hujus vocis etyma (de quibus consulendi tum alii Critici, tum imprimis doctiss. noster *Fuller.* Miscell. 1.11.) Ὅτι δὲ νεώτερον τὸ τῦ τυράννυ ὄνομα, δῆλον. Οὔτε γὰρ Ὅμηρος, ὔτε Ἡσίοδος, ὔτε ἄλλος ὐδεὶς τῶν παλαιῶν τύραννον ἐν τοῖς ποιήμασιν ὀνομά-

Ὡς ὔτις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο
Λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν.
12 m Θάρσει, μαῖ' ἐπεὶ ὔτι ἄνευ θεοῦ ἥ-δέ γε βυλή.

m Οὐ θεῶν ἄτερ. *Pind.* Non sine Diis. *Horat.* Utrumque apud Erasm. Adag. *Virg.* Æn. 2. *Non hæc sine numine Divum Eveniunt.* Obtinet etiam hæc phrasis in linguâ *Hebr.* המבלעדי יהוה *an sine Domino huc ascendi*, &c. Οὐκ ἀθεεί. *Theocr.* Contrà, *Diis iratis, Diis invitis,* Θεῶν ἀέκητι, (*Hom.*) fieri dicitur, quod malè succedit. Meritò autem θαρσεῖν δεῖ, ubi quid fit aut suscipitur ὐκ ἄνευ Θεῦ, i. e. σὺν Θεῷ, sive Θεῦ μεγάλοιο ἕκητι. Nempe σὺν

ΟΔ. γ'.

1 ——— a Μικρὸς δ' λίθος μέγα κῦμ' ἀποέργει.
2 b Καὶ σὺ φίλος μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησο.
3 c Ψεῦδος δ' ὐκ ἐρέει, μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί.
4 d Οὐδέ τι πω μύθοισι πεπείρημαι πυκινοῖσιν·
Αἰδὼς δ' αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι.
5 ——— e Ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
Ἄλλα δὲ κ' δαίμων ὑποθήσεται.

a Ὅπερ ἀστεῖον εἰπεῖν, ὅτε τις λιθάρειον δὲς τίμιον, ἐκφύγῃ μεγάλην ἐπήρειαν. *Eustath.* Parva sæpè res magni est momenti. Huc spectat illud *Titinnii* apud *Non.* *Cocus magnum abenum, quando fervet, paulâ confutat truâ.* Et illud quod alicubi me legisse memini, *Parva pluvia magnum sedavit ventum.* Quin & hùc etiam non incommodè referri poterit illud *Aristotelis* in *Mechanicis* (si modò is verus Autor illius libri fuerit) non procul ab initio, ubi de Vecte, qui Gr. μοχλὸς, Ἄτοπον γὰρ εἶναι δοκεῖ τὸ κινεῖσθαι μέγα βάρος ὑπὸ μικρᾶς ἰσχύος, κ' ταῦτα μετὰ βάρυς πλείονος.

b Οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. Vid. infra *Odyss.* o. Πλαγκτοσυνης, &c. Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. *Erasm.* ex *Stob.* qui & ex hoc versu *Homerico* adagium exsculpsit, *Domi manendum.*

c *Plut.* Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. *Joan. Philop.* De creatione l. 4. c. 20. *Stob.* de Stoicis, Λέγυσι δὲ μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφὸν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν. *Menand.* Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς κ' χρήσιμος. Τὸ μὲν τῷ ὄντι ψεῦδος ὐ μόνον ὑπὸ Θεῶν, ἀλλὰ κ' ὑπ' ἀνθρώπων μισεῖται. *Plat.* de Rep. l. 2. Estque officium (inquit *Aristot.* Sophist. Elench. l. 1. c. 1.) viri in quâ

ζει. Πατὴρ δ' &c.] *Est mihi semper in animo & Homericum illud*, Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, *& hoc nostrum Paterfamilias. Plin.* l. 5. Ep. 19. *Patrem Patriæ appellamus* (*Principem* sc.) *ut sciret datam sibi potestatem patriam quæ est temperatissima. Sen.* de Clem. l. 1. *Tu verus patriæ diceris esse Pater. Martial.* palpum obtrudens *Domitiano.* Πᾶσι τοῖς πολίταις ὡς πατὴρ πρᾶος ὑοῖς αὐτοῦ χρώμενος. *Tullius* Rex apud *Dionys. Hal.* l. 4. Ἐοικέναι δεῖ παισὶ τὸν βασιλέα. *Liban.* Orat. 12. Οὕτως ἄρχοντες τῶν ὑπηκόων ὡς ἂν πατέρες υἱῶν. *Justinian.* Nov. 7. Λέγουσι Πέρσαι ὡς Καμβύσης μὲν ἦν δεσπότης, ὅτι χαλεπὸς, Κῦρος δὲ πατὴρ, ὅτι ἤπιος. *Herodot.* Thal. Ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. *Xen.* Κυρ. l. 8. Sic *Josephus* totius *Ægypti* Dominus & Præfectus sub Rege *Pharaone* constitutus hoc titulo insigniri & salutari jussus, אברך, (*Gen.* 41.43.) h.e. juxta nonnullos, *Pater mollis*, & clemens. Πατὴρ ἤπιος. *Urbi pater est, urbique maritus Justitiæ cultor*, &c. *Lucan.* (l. 2.) de *Catone*; Vid. & *Aristot.* Ethic. 8.10.

[i] *Ut nemo recordatur Ulyssis divini*
E populis, quibus imperavit, & velut pater mansuetus fuit.
12 [k] *Confide, nutrix, quia non absque Deo hoc consilium* est.

[i] *Judic.* 9.16, &c. Si---benè egistis cum Jerubbaal, & cum domo ejus, qui pugnavit pro vobis &c. [k] 2 *Reg.* 18. 25. Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum? *Act.* 27. 22, 23. Suadeo vobis bono animo esse--Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei.

Θεῷ, salva omnia, contrà ἄνευ Θεοῦ tutum ac firmum nihil (vid. *Il.* μ. Gnom. 1.) Σὺν γὰρ Θεῷ πραττομένων εἰκὸς καὶ τὰς πράξεις περιεῖναι ἐπὶ τὸ λῷον καὶ ἄμεινον ἀεὶ τῇ πόλει. *Xen.* Περὶ Πόρων. postremis verbis.

Od. 3.

1 ——— [a] P*Arvus lapis magnum fluctum repellit.*
2 [b] *Et tu, amice, nè diu procul à domo aberres.*
3 [c] *Mendacium non dicet, valdè enim prudẽs est.* (*prudentibus.*
4 [d] *Nondum omninò sermonibus præ-experientia-instructus-sum*
[dd] *Pudor etiam juvenẽ* vetat *virũ seniorẽ* quicquam *interrogare.*
5 [e] *Alia quidem ipse in mente tuâ perspiciet,*
[e] *Alia verò & Deus suggeret.* ———

[a] *Jacob.* 3.4. Naves cùm magnæ sint à modico gubernaculo circumferuntur. [b] *Prov.* 27.8. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. [c] *Prov.* 13.5. Verbum mendax justus detestabitur [d] *Exod.* 4.10. Non sum eloquens. [dd] *Job* 32.6. Junior sum tempore, vos autem antiquiores, idcirco veritus sum vobis indicare meam sententiam. *Sirac.* 32. 9. Loquere adolescens, vix si opus erit tibi, si bis interrogatus fueris. [e] *Luc.* 12, 12. Spiritus sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

---

quâ re scientis, αἰδεῖσθαι μὲν αὐτὸν περὶ ὧν οἶδε, ἢ δὲ ψευδόμενον ἐμφανίζειν δυνάμενος.
[d] Μύθοισι πεπείρημαι] ¶ *Versatus sum in sermonibus, tritus & exercitatus sum in dicendo*, ἤσκημαι τοῖς λόγοις. *Schol.* Πεπείρημαι, γεγύμνασμαι. *Hesych.* Vel potiùs *expertus*, seu *peritus*

vitus sum sermonum, ἐμπειρός εἰμι τῶν λόγων, Οὐδέ τι πω, &c. *Nondū experientiam habeo sermonum.* Cum dat. μύθοισι pro μύθων, per antiptosin poeticam, & præter analogiam: nam alioqui πειρᾶσθαι *experiri* (unde πειρήσασθαι & πεπειρᾶσθαι) regulariter cum genit. construitur. Αἰδὼς δ' αὖ,&c.] Πλύταρχος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τρία ταῦτα ἔχειν· ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης σωφρονεῖν, ἐπὶ δὲ τῆς γλώσσης σιγὴν, ἐπὶ δὲ τῷ προσώπῳ αἰδῶ. *Anton.* Meliss. 2. Νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει. Incert. apud *Grot.* Excerpt. Νέος ὢν ἀκούειν τῶν γεραιτέρων θέλε. Ibid. Ἀκούσατε νέοι γέροντος, ὃ νέου γέροντες ἤκουον. *August.* apud *Plut.* Apophtheg. Maximum juvenis ornamentum pudor & verecundia, in voce, in vultu, in vita. *Cic.* or. pro *S. Rosc. Amer. Ætas & pudor qui ornat ætatem.* Αἰνοῦμεν τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμονας. *Aristot.*

6 [f] Εὔχεσθαι· πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι.
7 [g] Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἤ τι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε,
Οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα, τοί τ' ἀλόωνται
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.
8 [h] Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.
9 [i] Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι
Ἀνδρὸς, ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐτίσατο πατροφονῆα.
19 ———— [k] Οὐ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον,
————————νῦν δὲ χρὴ τετλάμεν ἔμπης.
11 [l] Ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.
12 [m] Ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίϊον οὐδὲ θεοί περ
Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, ὁππότε κεν δὴ
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο.
13 [n] Τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
Ἀλλ' ἄρα τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν
Κείμενον ἐν πεδίῳ ἑκὰς ἄστεος, οὐδέ κέ τίς μιν
Κλαῦσεν Ἀχαιϊάδων· μάλα γὰρ μέγα μήσατο ἔργον.
14 ———— ———— [o] Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσι·
Πὰρ γὰρ ἔην καὶ ἀοιδὸς ἀνήρ.————
15 [p] Σπείσαντες κοίτοιο μεδώμεθα, τοῖο γὰρ ὥρη,
Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον.————
16 [q] Ὦ φίλος, οὐ σε ἔολπα κακὸν καὶ ἄναλκιν ἔσεσθαι,
Εἰ δή τοι νέῳ ὧδε θεοὶ πομπῆες ἕπονται.

[f] Quanquam id fatendum est Εὔχεσθαι hìc non imperativè poni, sed esse modum infinitivum cohærentem cum verbo οἴομαι in superiori versu; potest tamen facilè sic accommodari, ut viz. divellatur ab iis quæ præcedunt, & in unam sententiam coalescat cum sequentibus, atque ita sumendo, sc. Εὔχεσθαι, pro Εὔχου, (quæ frequentissima Enallage est Infinitivi pro Imperat.) hunc esse optimum inter omnes versus *Homericos* dicere solebat *Ph. Melancthon*, referente *Rittershus.* ad *Oppian.* Hal. 2. Et *Sebero* Notis in *Theogn.* Nec turbavit virū sanctum & doctum quòd θεῶν in plur. hìc ponatur, non θεοῦ. Novit quippe hanc vocem in numero multitudinis cum grano salis ità accipi posse, ut respondeat Hebræo Elohim. Novit quinetiam *Homerum* θεὸν in numero singulo sæpius usurpare; præterea & unum solum supremum Deum agnoscere, quem *Jovem* (& quantillum hoc distat à *Jova*?) appellat. Ad hunc porrò versum respicere videtur *Aratus* initio Phænom. Πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες. *Demosth.* or. adv. *Lept.* Χρὴ τἀγαθὰ μὲν προσδοκᾶν, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι. *Synes* Ep. 149. Θεοῦ δὲ οὐδὲ δεῖται καὶ Ἡρακλῆς· quod proverbii speciem præ se fert, *Deo opus habet etiam & Hercules.* Hinc in *Serapio*, seu templo *Serapidis* aureis literis fuit inscriptum, Εὔχου Θεῷ. Vid. *M. Tyr.* Dissert. 30. cui titulus Περὶ Μίδου, vel Πότερον δεῖ εὔχεσθαι τῷ Θεῷ·

Ubi

Ethic. 4. 9. Quemadmodum verò adolescentes non decet coram senibus παῤῥησιάζεσθαι nec νεανιεύεσθαι, ità nec senes *contra indolem juniorum solâ occasione præcedentis ætatis intumescere.* (Verba *Sidonii Apollin.* l. 8. Epist. 7.) Quod si fecerint, meritò audiant illud *Varronis* à *Savarone* laudatum, *Sed neque vetulus canterius, quàm novellus melior, nec canitudini comes virtus.*

[e] Quædam tu ipse, quædam Deus. *Varro* de RR. *Quoniam, ut aiunt, Dii facientes adjuvant. Æschyl.* apud *Stob.* Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός. Citant porrò hunc *Hom.* locum *Plato* de leg. 7. *Max. Tyr.* Dissert. 26. *Cic.* Epist. ad *Attic.* l. 9. *Aristid.* to. 3. orat. *Platon.* Vid. & *M. Casaub.* Tractat. Vernac. de Enthusiasm. c. 4. ubi hæc verba doctè & egregiè παραφορίζει.

6 [f] *Ora: omnes utique Diis indigent homines.*
7 *O hospites, quinam estis? unde navigatis humidas vias?*
An mercaturæ gratiâ, an temerè erratis,
Veluti prædones super mare, qui vagantur
Animas periculis *exponentes, malum alienigenis ferentes?*
8 [g] *Non enim statim Deorum mutatur mens æternorum.*
9 [h] *Adeò bonum est vel filium interempti superesse*
Viri, quoniam & ille ultus est patricidam.
10 — *Neutiquam mihi hujusmodi destinarunt Dii felicitatem;*
— *nunc autem oportet patientem-esse utcunque.*
11 [i] *Facilè Deus, si-velit, & è-longinquo virum servare poterit.*
12 [k] *Verùm enimverò mortem omnibus communem neq; Dii ipsi*
Etiam à dilecto viro poterunt arcere, quandocunque
Sors funesta occupaverit longum-somnum-inducentis lethi.
13 [l] *Sanè ei neque mortuo aggestam terram infudissent,*
Sed eum & canes & aves comedissent
Jacentem in campo procul ab urbe; nec quisquam eum
Deplorasset; valdè enim ingens admisit facinus.
14 — [n] *Mente utebatur bonâ;*
Aderat enim ei musicus vir philosophus sc. seu præceptor.
15 *Postquàm libaverimus, cubitū eamus; postulat enim tempus.*
Jam enim lux abiit in occasum. —
16 [o] *O amice, haud te puto ignavum & imbellem fore,*
Si sic te juvenem Dii ductores comitantur.

[f] *Act.* 17. 27, 28. Deus non indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam, &c. Ut quærerent Dominum In ipso enim vivimus, &c. *Jac.* 1. 5. Si quis vestrûm indiget sapientiâ, postulet à Deo—

[g] *Malach.* 3. 6. Ego Dominus, & non mutor. *Jac.* 1. 17. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

[h] 2 *Reg.* 14. 5. Percussit servos suos, qui interfecerant regem patrē suum.

[i] *Jer.* 23. 23. An Deus è propinquo sum ego? & non Deus è longinquo?

[k] *Psal.* 49 10. Nam videt & sapientes mori, &c. *Ps.* 89. 48. Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem? [l] 1 *Reg.* 14. 11. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cœli. [m] *Jerem.* 22. 18, 19. Non plangent eum-sepulturâ asini sepelietur. [n] 2 *Reg.* 12. 2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Jojada sacerdos. *Prov.* 2 17. Relinquit ducem pubertatis suæ (meretrix sc. uti hic *Clytæmnestra.*) [o] *Jos.* 1. 9. Strenuus & fortis esto — quia tecum est Dominus Deus tuus, quocunque iveris. *Judic.* 6. 12. Dominus tecum, vir fortissime, (*& ideò fortissime, quia Dominus tecum.*)

Ubi ex principiis partim *Stoicis*, partim *Academicis* necessitatem precandi Deum hoc Dilemmate impugnat (quod tamen ex scitis *Christianæ* nostræ religionis facilè aut retundi potest au.

aut retorqueri.) Ἤτοι ὁ εὐχόμενος ἄξιος τυχεῖν ὧν εὔξατο, ἢ μὴ ἄξιος· εἰ μὲν ὢν ἄξιος, τεύξεται καὶ μὴ εὐξάμενος· εἰ δὲ οὐκ ἄξιος, οὐ τεύξεται, οὐδ' εὐξάμενος. Citat verò hunc versum *Plut.* Sympos. l. 8. qu. 14. Δεῖται ἀνδρὸς ἀνὴρ, inquit *Pind. Nem.* 7. *Indiget viro vir*, unus sc. alio, sed omnes Deo. Solus quippe Deus αὐτάρκης est, & seipso contentus, & παντὸς ἀνενδεής· (Δεῖται γὰρ ὁ Θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως Θεὸς, Οὐδενός. *Eurip. Herc.* fur.) ipso autem indigemus omnes. Oremus ergo quia indigemus, Δεώμεθα, quia δεόμεθα· εὐχώμεθα θεῷ quia πάντες θεῶν χατέουσιν. ¶ Εὔχεσθαι absolutè est Deum precari, & sic differt à πτωχεύειν· utrunque est αἰτεῖν, sed εὔχεσθαι propriè est petere à Deo, πτωχεύειν ab hominibus. *Plat. Euthyphr.* Εὐχαὶ παρὰ θεῶν αἰτήσεις εἰσίν. *Aristot.* Rhet. 3. hoc exemplum affert Synecdoches speciei, ubi sc. una species pro alia ponitur. Τὸ φάναι τὸν μὲν πτωχεύοντα εὔχεσθαι, τὸν δὲ εὐχόμενον πτωχεύειν, ὅτι ἄμφω αἰτήσεις.

g Οὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃστεύειν, ἀλλ' ἔνδοξον. *Scholiast.* Latrocinia olim apud veteres tam Græcos, quàm Barbaros non fuisse ignominiosa ex hoc *Homeri* loco etiam probat *Thucyd.* l. 1. Δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσταί εἰσιν· ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων. Idem de *Germanis* testatur *Cæsar* De Bell. Gal. l. 6. *Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis fiunt.* Vid. & *Sext. Empir. Pyrrhon.* Hypot. l. 3. ubi post *Thucydidem* ipsissimum hunc Poetæ locum horsum adducit. Citat præterea *Julian.* Imper. Orat. 7. Et imitatur *Virg.* Æn. 8. *Quid petitis? quæ causa rates, &c. Sive errore viæ &c.* ¶ Πρῆξις hìc est negotiatio seu mercatura, ἐμπορεία. πρηκτὴρ mercator. *Hesych.* Πρηκτῆρα, δραστῆρα, ποτὲ δὲ ἔμπορον. Ψυχὰς παρθέμενοι idem quod suprà ψυχὴν παραβαλλόμενος. *Il.* α. Et Ψυχῆς ἐκ ἀλέγοντες ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἕλωνται. *Dionys.* Perieg.

h Vid. *Philon.* lib. cui titulus, Ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον. *Æschyl. Prom. V.* Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες. Non quidem αἶψα, τρέπεται tamen. nam Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί· ni fortè aliud sit τρέπεσθαι, aliud στρέφεσθαι.

i *Ælian.* de Animal. 4. 45. *Constantin.* Imp. in vita *Basil. Maced.* Hinc versus ille proverbialis decantatissimus, Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείποι (qui patris sc. mortem ulciscantur) quem versum citat *Herodot.* Clio. & *Aristot.* Rhet. l. 1. c. 16. & l. 2. c. 22. Et *Clem. Alex.* Strom. 6. ubi & poetam quendam *Stasinum* hujus carminis autorem facit, & locum parallelum ex *Xenophonte* adducit.

k *Superanda omnis fortuna ferendo. Virg. Æn.* 5. Κῆρα δ' ἐγὼ τὴν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ, Τλήσομαι ἀκράαντα φέρων τετληότι θυμῷ. *Homerus* de seipso mendico apud *Herodot.* vit. *Hom.* Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν Θεῶν διδόντων. *Æschyl. Pers. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.* *Plaut.* Rud. *Quod sors feret, feramus æquo animo.* *Terent. Phorm.*

l Κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεός. *Æschyl.* Eumen. Τηλόθεν ἐγγὺς ἐόντες, (Dii sc.) *Oppian.* Hal. 2.

m Ex hoc & similibus locis *Homerum* fuisse Stoicum colligunt quidam è veteribus (*sensu sc. non professione; nomen enim & secta nondum inventa. Lips.* Manud. ad *Stoic.* Philos. Dissert. 17.) Citat etiam hos versus *Beverovic.* De Vit. Term. Epist. ad *Casp. Barl.* Et mox subjungit, *Annon igitur medicus frustra curat eum, cui Parca non decrevit parcere?* Et videtur sanè *princeps ingeniorum Homerus* (itá eum appellat *Lipsius* loco jam laudato) Parcarum tabulis, & ineluctabili illi Εἱμαρμένῃ, & Fato Stoico passim favere. Unde *Lips.* ubi suprà, *Potestnè aliquid magis Stoicum, quàm quæ de Fato sic palam & sæpe scribit?* Certè *Jupiter* ipse *Il.* π. dolet se *Sarpedonem* suum morti eripere non posse, nec θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι, quippe πεπρωμένον αἴσῃ, & cui fatale esset tum à *Patroclo* interfici. Ὤ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι, &c. (Cui concinit & vetus Poeta apud *Ciceronem*, *Quod fore paratum est, id summum exuperat Jovem.*) *Miser sanè summus Imperator divûm atque hominum Jupiter, qui sibi carissimum Parcis invitis tueri non potuerit. Beverov.* lib. cit. Sed tales nimirum sunt Dii *Homerici*. Mortem haudquaquam καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται, &c. Quanquam fortè & id solummodò hìc voluit Poeta, viz. neminem unquam posse mortem vitare, nè Deo quidem charissimum. *Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum, Horat.* Carm. l. 4. od. 7. Nè *Hercules* ipse, Φύ-

γε κῆρε, Ὅσσπερ φίλταῖος ἔσκε Διΐ, supr. *Il.* σ. Citat porrò hanc sententiam *Cyrill. Alex.* adv. *Julian* l. 6. Ὁππότε κεν δὴ Μοῖρ'] Cùm semel decretorius dies advenerit. Siquidem *Stat sua cuique dies. Virg. Stat quidem terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit. Sen.* Epist. 101. Et tamen (audite vos ἰατρῶν παῖδες, & plaudite) nescio quomodo Parcam flectit, & *Plutonem* placat, mortémque protelat medicina. Siquidem Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο. *Callim.* Hym. in *Apoll.* Sic & *Æsculapium* non eleganter minùs quàm blandè compellat Vates *Bilbilitanus*, Epigr. l. 9. *Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis Parcarum exoras pensa, brevésque colos.* ¶ Τανηλεγὴς θάν· περὶ διαστολὴν τοῦ ἀδήρου ὕπνου· ὁ μὲν μακρολεγὴς, ὡς ἐπὶ μικρὸν λέγων, ὃ ἐστι καλακοιμίζων τὸν ἄνθρωπον, ὁ δὲ θάνατος ἐπὶ μακρὸν παρατείνει τὸ τοιοῦτον λέξαι. *Eustath.* Nos sc. mortales semel mortui, Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον. *Mosch.* Idyl. 3. *Nobis cum semel occidit brevis lux*, &c.

n Sepulturæ honore olim prohibiti homines scelerosi & nefarii; puta, proditores, perduelles, sacrilegi; nec non cruciarii omnes, itémque αὐτόχειρες, *Ælian.* Var. hist. 4. 7. Οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς τὸ ἀποθανεῖν κέρδος (contra quàm piis, quibus τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, *Philip.* 1.) ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται, ἢ παντὸς ἀμοιροῦσι ταφῆς, &c. *Xen.* Ἑλλην. 1. Ἐάν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ--- μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ. Is autem ἀπόταφος dicebatur. *Harpocrat.* Ἀπόταφος, ἀντὶ τοῦ, ἀπεστερημένος τῶν πατρικῶν τάφων. Porrò qui insepulti projiciebantur, eos avibus, canibusque prædam fieri dicebant. Noster in initio *Iliados*, Αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. *Soph.* in & de *Antigone* -- Ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ᾠμηστῶν κυνῶν εἶασ' ὀλέσθαι, μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος. *Appian.* Ἐμφυλ. 1. de interfectis jussu *Marii*, & insepultis, Οἰωνοὶ καὶ κύνες ἄνδρας τοὺς δὲ διεσπάραττο. Interim verò quàm barbarus & inhumanus ille *Bactrianorum* mos, quem ex *Onesicrito* refert *Strab.* Geograph. l. 11. Τοὺς ἀπειρηκότας διὰ νόσον ἢ γῆρας, ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν ἐπιτηδὲς πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιαστὰς καλοῦσι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ.

o Prudenter se gessit, h.e. castitatem coluit: nam Σωφροσύνη (ὡς σώζουσα τὴν φρόνησιν. *Arist.* Eth l. 6. c. 5.) est & *prudentia*, (atque sic in adagio illo Arabico, *Si omnes homines saperent*, i.e. cœlibes essent, & conjugio abstinerent, *desolaretur mundus*) & etiam *temperantia*, seu castimonia. Unde & ἐωῦσχος, q. εὖ νοῦν ἔχων, juxta nonnullos. Contrà re & voce affines sunt ἀφροσύνη, & ἀφροδίτη juxta illud *Hecubæ* apud *Eurip.* in *Troad.* Τὰ μωρὰ γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς, Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. Porrò castitatē coluit *Clytæmnestra*, dum philosopho seu præceptori morē gessit. Sic & laudabile *Neronis* quinquennium, præceptore *Senecâ*. Τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. *Schol.* ad loc. Et *Athen.* l. 1. & ante eos *Strabo* l. 1. Καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε. Quintil. l. 1. *Ut iidem musici & vates & sapientes judicarentur. Grotius* ὁ πάνυ. Proleg. ad *Stob.* Florileg. *Antiquissimis seculis sapientiæ præcepta non nisi carminibus dabantur: quò & Homeri illud pertinet, quòd narrat Clytæmnestram ad vitiū non priùs flexisse quàm cantorem amiserat.* Eo autē sublato statim libidini fræna laxat hæc scelesta mulier, & ut *Virgil.* de navi, quæ caret gubernatore, loquitur, *Cedit, quoniam spoliata Magistro est.*

p Non nisi re sacrâ cubitum licet ire peractâ, nè quidem τοῖς ἔξωθεν, nedum τοῖς ἐκ τῆς ἡμετέρας θείας αὐλῆς. Et verò Ethnicos Diis suis libare solitos priusquam somno litarent, satis locuples *Homerus* testis est, tum hoc in lòco, tum etiam alibi, ut infrà *Od.* η. *Phæaces Mercurio* postremo (post cæteros Deos sc.) libabant, Ὧι πυμάτῳ σπένδεσκον ὅτε μνησαίατο κοίτου, idq; ἐπεὶ ὀνειροπομπός, ἢ ὕπνου παρεκτικός, ait *Schol.* Vid. & ibi *Eustath.* nec non *Apollon.* Schol. *Argon.* 1. *Athen.* Dipnos. 1. Solennis porrò apud veteres matutina & vespertina libatio, ut apud *Judæos* matutinum & vespertinum sacrificium, & apud *Christianos* matutinæ & vespertinæ preces. *Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμ. 1. Ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι. Ἠ μὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ. Quin & huc spectat aureum illud præceptum *Pythag.* Aur. Carm. Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων &c. Κοίτοιο μεδώμεθα, τοῖο γὰρ ὥρη. *Cubitum eamus, tempus enim monet*, imò suadet, imò jubet: adeò potens est Deus ille Nocturninus, Ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, suprà *Il.* η. Πάντων μὲν κόρος ἐστὶν, & καιρὸς, *Omnium rerum est tempus*, inqui:

X 2 Sapiens,

Sapiens, somni inprimis (quia *Quod caret alternâ requie*, &c.) πῖο γὰρ ὥρη, estque ea ὥρη νύξ, postquam sc. jam φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον. ¶ Ζόφος hìc ut alibi pro Occidente ponitur. *Schol.* ad *Il.* δ. Ζόφον τὴν δύσιν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. *Theocr.* Idyll. 26. Ἥλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἠδὲ [...].

¶ Numerum duntaxat mutando, Εἰ δ' ὁ θεὸς τιμῶσιν ἕπεται, θεοφιλεῖ ἀνδρὶ ἐπλεχθήσεται παρῳδηθῆν. *Eustath.* Nil desperandum, si modò numen adest. Ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς, καὶ σοφοὶ, καὶ χερσὶ βιαταί.--- *Pind.* Pyth. 1. Φημὶ δ' εἰς εὐπραξίαν Καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν. *Eurip.* *Heraclid.* Hùc etiam spectat versus ille proverbialis, Θεοῦ θέλοντος (vel ut alii legunt, Σοῦ

ΟΔ. δ'.

1 ---- [a] Ἦ τοι Ζηνὶ βροτῶν οὐκ ἄν τις ἐρίζοι.

2 [b] Ἄλλοτε δ' αὖτε γόῳ φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε

Παύομαι· αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο.

3 [c] Πολλὰ γὰρ ἄλγε' ἔχει πατρὸς παῖς οἰχομένοιο

Ἐν μεγάροις, ᾧ μὴ πολλοὶ ἀοσσητῆρες ἔωσιν.

4 ———————— [d] Οὐ γὰρ ἔγωγε

Τέρπομ' ὀδυρόμενος μεταδόρπιος————

5 ———————— [e] Νεμεσῶμαί γε μὲν οὐδὲν

Κλαίειν, ὅς κε θάνῃσι βροτῶν, καὶ πότμον ἐπίσπῃ.

Τοῦτό νυ καὶ γέρας οἷον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,

Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

6 ——— [f] Τόσα εἶπες ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.

7 [g] Τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις.

Ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος γόνος ἀνέρος, ᾧ τε Κρονίων

Ὄλβον ἐπικλώσῃ γαμέοντί τε γεινομένῳ τε.

[a] *Athen.* Dipnosoph. l. 5. Θεομαχία semper infelix; & cum Deo contendere periculosum. Vid. supr. *Il.* ε. Contrà Deo se submittere, & inferiorem gerere & decet, & expedit. *Horat.* Carm. l. 3. *Od.* 6. *Diis te minorem quòd geris, imperas.*

[b] Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, supr. *Il.* ν. *Omnium rerum est satietas*, Μολπῆς τε γλυκερῆς, at quantò magis & citiùs πικροῖο καὶ κρυεροῖο γόοιο;

[c] Ὧι μὴ πολλοί. Ità habetur in omnibus, quæ vidi, exemplaribus; sed tum versus est hypermeter. *Eustath.* igitur in commentariis suis legit ἄλλοι, atque ità *Stephaniana* editio in margine; Et sic constabit ratio carminis per συνίζησιν sive συνεκφώνησιν, ᾧ μὴ ἄλλοι. ¶ Ἀοσσητῆρες sunt βοηθοὶ αὐτόδιοι, μὴ ἀναμένοντες ὄσσαν (h. e. oraculum divinum) εἰς τὸ βοηθῆσαι· Ἦν γὰρ ἔθος ἐρωτᾷν τὸ θεῖον, καὶ βοηθεῖν μὲν εἰ προστάττει τις, ἡσυχάζειν δὲ εἰ κωλύεται. *Eust.* in locum. Ἀοσσητὴρ, ὁ ἄνευ ὄσσης καὶ κληδόνος βοηθῶν αὐτομάτως· ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο, τῶν θανουμένων μαντείας βοηθεῖν. *Etymol.*

[d] *Inter cœnandum hilaris esto. A conviviis exulet philosophia*, multò magis luctus & lacrymæ. Intempestivus venit inter pocula fletus, Nec lacrymas dulci fas est miscere Falerno: nequis fortè hominem inter pocula flentem videns, dicat eum δακρυπλώειν βεβαρηότα τὰς φρένας οἴνῳ, ut loquitur *Ulysses* infrà *Od.* τ. Hùc porrò spectat Proverbium illud Arabicum, *Nè perde margaritas in die festo*: i.e. Nè fleas in loco lætitiæ. ¶ Μεταδόρπιος non est *post cœnam*, ut malè vertunt Interpretes, sed *in cœnâ*, vel *inter cœnandum*: μετὰ enim tam in compositione, quàm extra, sæpè valet ἐν· sic μεταδήμιος, ἔνδημος, ἐν δήμῳ. *Hesych.* Μεταδόρπιος δείπνῳ ὥρᾳ ἤγουν δείπνῳ. Ità enim (opinor) legenda sunt ea verba, quæ in codicibus impressis mendo laborant. Nec aliter exponit *Eust.* Μεταδ. ἐνδόρπιος, ἤγουν ἐπ' αὐτῷ τῷ δόρπῳ, ἐν ᾧ ἀνέπιος μάλιστα χρεία. Porrò quàm intempestivus sit in convivio luctus, alibi docet Poeta, ubi sc. citharam, choream, & canticum

τῷ Θεῷ πλῶν) κἂν ὀπὶ ῥιπὸς πλέοι. Θεοὶ πομπ.] Cui Deus est ductor, quàm benè carpit iter! Hinc Θεῶν ἀμύμονα πομπὴν legas apud nostrum Il. ζ. Et revera Dii πομποὶ ἀπήμονες, longè potiori jure quàm Phæaces (Od. θ.) vel potiùs Deus πομπὸς ἀπήμων, cujus salvo conductu (ut loquuntur) καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο tuti & incolumes evademus. ¶ Πομπὸς, ὁδηγὸς, συνοδοιπόρος. Jon. idem quod πομπὸς, ut Αἰθίοψ, Αἰθιοπῆος· ἀετός, --ῆος, ἡγεμὼν--ονῆος· ἡνίοχος, ῆος, &c. Ἔολπα, (præt. med. ab ἔλπω, ut ἔοργα ab ἔργω Eust.) hic non est spero, ut malè Lat. Int. etiam in Edit. Schrev. sed sentio, opinor, existimo, expecto, præsagio, ut alibi sæpè. Οἶμαι, νομίζω. Eustath. Ἔολπεν, ἐλπίζει, προσδοκᾷ, οἴεται. Hesych.

O D. 4.

1 --- [a] *Utique cum Jove mortalium haud quisquã contenderit.*
2 *Interdum quidem luctu mentẽ oblecto & satio; interdũ rursus*
Desino; citò autem fit-satietas frigidi luctûs.
3 *Multa enim mala patitur filius patre peregrinante,*
In ædibus, cui non multi opitulatores fuerint.
4 ———————— *Non enim ego*
Delector luctu & lacrymis *inter-canandum.*
5 ———— [b] *Neutiquam* ægrè nec *indignè fero,*
Si quis fleat hominem quemcunque mortuum & fato-functum:
Nam *hic certè unicus honor miseris mortalibus* (*nis profundat.*
Ut sc. quis in eorum funere *& comam tondeat, & lacrymas à ge-*
6 --- [c] *Tantum dixisti, quantum prudens vir* dixerit,
7 *Tali enim patre* natus es, *ideóque & prudenter loqueris:*
Facilè autem celebris fit *proles viri, cui Saturnius*
Prosperitatem destinaverit, & uxorem-ducenti, nascentique.

[a] *Isa.* 45. 9. Væ contendenti cum fictore suo.
[b] *Eccles.* 12. 5. Ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in plateâ plangentes. *Siracid.* 38. 16 &c. Fili, de mortuo lacrymas educito-- --Fletu acerbo utere, & calente planctu, & fac luctum pro dignitate ejus, &c.
[c] *Prov.* 10. 19. Qui labia sua cohibet, sapit. *Eccles.* 5. 2. Sint sermones tui pauci.

---

ticum facit ἀναθήματα δαιτός. *Nicomachus*, sive alius quis, apud *Athen.* l. 8. Ἀλλὰ μάλ' εὔκηλος τέρπει ξεῖνα, τέρπη τ' ἐκεῖνον, tu sc. ξεινοδόκος τὸν ξεῖνον.

[e] Τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἄγει δάκρυ. *Eurip. Alcest.* Pro γέρας οἷον legi etiam γ. οἷς, θαυμαστικῶς, monet *Eustath.* Luctus pro mortuis licitus, imò laudabilis, modò moderatus. Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, uti noster alibi. Et hic γέρας οἷον vel οἷς: *Solus honor*, vel *quantus honor*. Meritò itaque *Solon*, Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι· ἀλλὰ φίλοισι Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς. *Nam & infinito dolore, cùm aliquem ex charissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est; & nullo, inhumana duritia. Sen.* Consol. ad *Helv.*

[f] *Tam multa quàm sapiens.* Nec enim refert quàm multa, sed quàm apta. Etenim Χωρὶς τὸ πολλὰ εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια. *Suid.* ex vetere Poeta. Et Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Et Οὐκ ἄν τις εἴπη πολλὰ, θαυμασθήσεται, Ὁ μικρὰ δ' εἰπὼν μᾶλλον, ἂν ᾖ χρήσιμα. *Philonid.* apud *Stob.* Nam Ἀσυρὲς ποταμοῖο μέγας ῥόος, &c. *Callim.* hym. in *Apoll.* Et sæpè ῥημάτων ποταμὸς, νοῦ δὲ σταλαγμός. Vid. supr. Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, *Il.* γ. Quin & modus etiam in optimis servandus est. Siquidem Πάντων μὲν κόρος ἐστί. *Hom.* Λόγων imprimis

Sapiens, somni inprimis (quia *Quod caret alternâ requie*, &c.) πίθο γδ ἄρη, estque ea ὥρη νὺξ, postquam sc. jam φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον. ¶ Ζόφος hic ut alibi pro Occidente ponitur. *Schol.* ad *Il.* δ. Ζόφον πλὼ δύσιν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. *Theocr.* Idyll. 26. Ἥλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἤδεε γα.

¶ Numerum duntaxat mutando, Εἰ-θεὸς τιμωρὸς ἔπειτα, θεοφιλεῖ ἀνδρὶ ἐπιλεχθήσεται παρρδυδθειν. *Eustath.* Nil desperandum, si modò numen adest. Ἐκ θεῶν γδ μαχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς, καὶ σοφοὶ, καὶ χερσὶ βιαταί.--- *Pind.* Pyth. 1. Φημί δ' εἰς εὐπραξίαν Καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν. *Eurip. Heraclid.* Huc etiam spectat versus ille proverbialis, Θεῦ θέλοντος (vel ut alii legunt, Σὺν

ΟΔ. δ'.

[a] *Athen.* Dipnosoph. l. 5. Θεομαχία semper infelix; & cum Deo contendere periculosum. Vid. supr. *Il.* ε. Contrà Deo se submittere, & inferiorem gerere & decet, & expedit. *Horat.* Carm. l. 3. *Od.* 6. *Diis te minorem quòd geris, imperas.* [b] Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, supr. *Il.* ν. *Omnium rerum est satietas,* Μολπῆς τε γλυκερῆς, at quantò magis & citiùs πικροῖο καὶ κρυεροῖο γόοιο;

1 ----[a] Ἤ τοι Ζηνὶ βροτῶν οὐκ ἄν τις ἐρίζοι.
2 [b] Ἄλλοτε δ' αὖτε γόῳ φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Παύομαι· αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο.
3 [c] Πολλὰ γδ ἄλγε' ἔχει πατρὸς παῖς οἰχομένοιο
Ἐν μεγάροις, ᾧ μὴ πολλοὶ ἀοσσητῆρες ἔωσιν.
4 ——————— [d] Οὐ γὰρ ἔγωγε
Τέρπομ' ὀδυρόμενος μεταδόρπιος——————
5 ——————— [e] Νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδὲν
Κλαίειν, ὅς κε θάνησι βροτῶν, καὶ πότμον ἐπίσπῃ·
Τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.
6 ——— [f] Τόσα εἶπες ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.
7 [g] Τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις·
Ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος γόνος ἀνέρος, ᾧ τε Κρονίων
Ὄλβον ἐπικλώσῃ γαμέοντί τε γεινομένῳ τε.

[c] Ὧι μὴ πολλοί. Ità habetur in omnibus, quæ vidi, exemplaribus; sed tum versus est hypermeter. *Eustath.* igitur in commentariis suis legit ἄλλοι, atque ità *Stephaniana* editio in margine; Et sic constabit ratio carminis per συνίζησιν sive συνεκφώνησιν, ᾧ μὴ ἄλλοι. ¶ Ἀοσσητῆρες sunt βοηθοὶ αὐτόκλητοι, μὴ ἀναμένοντες ὄσσαν (h. e. oraculum divinum) εἰς τὸ βοηθῆσαι· Ἦν γδ ἔθος ἐρωτᾶν τὸ θεῖον, καὶ βοηθεῖν μὲν εἰ προστάττοι τις, ἡσυχάζειν δ' εἰ κωλύοιτο. *Eust.* in locum. Ἀοσσητήρ, ὁ ἀνὰ ὄσσης καὶ κληδόνος βοηθῶν αὐτομάτως· ἔθος γδ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο, πυνθανομένοις μαντείας βοηθεῖν. *Etymol.*

[d] *Inter cœnandum hilaris esto. A conviviis exulet philosophia,* multò magis luctus & lacrymæ. Intempestivus venit inter pocula fletus, Nec lacrymas dulci fas est miscere Falerno: nequis fortè hominem inter pocula flentem videns, dicat eum δακρυπλώειν βεβαρηότα τὰς φρένας οἴνῳ, ut loquitur *Ulysses* infrà *Od.* τ. Huc porrò spectat Proverbium illud Arabicum, *Nè perde margaritas in die festo:* i.e. Nè fleas in loco lætitiæ. ¶ Μεταδόρπιος non est *post cœnam*, ut malè vertunt Interpretes, sed *in cœnâ*, vel *inter cœnandum*: μετὰ enim tam in compositione, quàm extra, sæpè valet ἐν· sic μεταδήμιος, ἔνδημος, ἐν δήμῳ. *Hesych.* Μεταδόρπιος δείπνῳ ὥρᾳ ἤγουν δείπνῳ. Ità enim (opinor) legenda sunt ea verba, quæ in codicibus impressis mendo laborant. Nec aliter exponit *Eust.* Μεταδ. ἐνδόρπιος, ἤγουν ἐπ' αὐτῷ τῷ δόρπῳ, ἐν ᾧ ἀνέσεως μάλιστα χρεία. Porrò quàm intempestivus sit in convivio luctus, alibi docet Poeta, ubi sc. citharam, choream, & canticum

τοῦ Θεοῦ πλῶν) κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. Θεοὶ πομπ.] Cui Deus est ductor, quàm benè carpit iter! Hinc Θεῶν ἀμύμονα πομπὴν legas apud nostrum *Il.* ζ. Et revera Dii πομποὶ ἀπήμονες, longè potiori jure quàm Phæaces (*Od.* ϑ.) vel potiùs Deus πομπὸς ἀπήμων, cujus *salvo conductu* (ut loquuntur) καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο tuti & incolumes evademus. ¶ Πομπὸς, ὁδηγὸς, ζωοδοιπόρος. Jon. idem quod πομπὸς, ut Αἰθίοψ, Αἰθιοπῆος· ἀετὸς, --ῆος, ἡγεμὼν--ονῆος· ἡνίοχος, --ῆος, &c. ˮΕολπα, (præt. med. ab ἔλπω, ut ἔοργα ab ἔργω *Eust.*) hic non est *spero*, ut malè Lat. Int. etiam in Edit. *Schrev.* *sed sentio, opinor, existimo, expecto, præsagio*, ut alibi sæpè. Οἴμαι, νομίζω. *Eustath.* ˮΕολπεν, ἐλπίζει, προσδοκᾷ, οἴεται. *Hesyb.*

O D. 4.

1 ... [a]*Utique cum Jove mortalium haud quisquã contenderit.*
2 *Interdum quidem luctu mentẽ oblecto & satio; interdũ rursus*
Desino; citò autem fit-satietas frigidi luctûs.
3 *Multa enim mala patitur filius patre peregrinante,*
In ædibus, cui non multi opitulatores fuerint.
4 ————————— *Non enim ego*
Delector luctu & lacrymis *inter-cœnandum.*
5 ——— [b] *Nentiquam* ægrè nec *indignè fero,*
Si quis fleat hominem quemcunque mortuum & fato-functum:
Nam *hic certè unicus honor miseris mortalibus* (*nis profundat.*
Ut sc. quis in eorum funere *& comam tondeat, & lacrymas à ge-*
6 ... [c] *Tantum dixisti, quantum prudens vir* dixerit,
7 *Tali enim patre* natus es, *ideóque & prudenter loqueris:*
Facilè autem celebris fit *proles viri, cui Saturnius*
Prosperitatem destinaverit, & uxorem-ducenti, nascentique.

[a] *Isa.* 45. 9. Væ contendenti cum fictore suo.
[b] *Eccles.* 12.5. Ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes. *Siracid.* 38.16 &c. Fili, de mortuo lacrymas educito-- --Fletu acerbo utere, & calente planctu, & fac luctum pro dignitate ejus, &c.
[c] *Prov.*10.19. Qui labia sua cohibet, sapit. *Eccles.* 5. 2. Sint sermones tui pauci.

---

ticum facit ἀναθήματα δαιτός. *Nicomachus*, sive alius quis, apud *Athen.* l. 8. 'Αλλὰ μάλ' εὔκηλος τέρπε φρένα, τέρπε τ' ἐκεῖνον, tu sc. ξενοδόχος τὸν ξεῖνον.

[e] Τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἄγει δάκρυ. *Eurip. Alcest.* Pro γέρας οἶον legi etiam γ. ὅσον, θαυμαστικῶς, monet *Eustath.* Luctus pro mortuis licitus, imò laudabilis, modò moderatus. Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, uti noster alibi. Et hic γέρας οἶον vel ὅσον: *Solus honor*, vel *quantus honor*. Meritò itaque *Solon*, Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι· ἀλλὰ φίλοισι Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς. *Nam & infinito dolore, cùm aliquem ex charissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est; & nullo, inhumana duritia. Sen.* Consol. ad *Helv.*

[i] *Tam multa quàm sapiens.* Nec enim refert quàm multa, sed quàm apta. Etenim Χωρὶς μὲν εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια. *Suid.* ex vetere Poeta. Et 'Ουκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Et 'Ουκ ἄν τις εἴπῃ πολλὰ, θαυμασθήσεται, 'Ο μικρὰ δ' εἰπὼν μᾶλλον, ἂν ᾖ χρήσιμα. *Philonid.* apud *Stob.* Nam 'Ασσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος, &c. *Callim.* hym. in *Apoll.* Et sæpè ῥημάτων ποταμὸς, νοῦ δὲ σταλαγμός. Vid. supr. Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, *Il.* γ. Quin & modus etiam in optimis servandus est. Siquidem Πάντων μὲν κόρος ἐστί. *Hom.* Λόγων imprimis

 mis

mis ὄρος καὶ κόρος ἐστί. Ἀπὸ γὰρ κόρου (verborum sc.) ἀμβλωθεῖσι αἰανὴς ταχεῖας ἀπάδης. *Pind.* Ἔστι γὰρ καὶ τοῦ ποσοῦ ὅρος. Ὦ φίλ', ἐπεὶ τόσα εἶπες ὅσ' ἂν π. α. ἀλλ' ὐ τοιαῦτα (οἷα sc.) *Arist.* Rhetor. 3. 17. Quem locum *Æmil. Port.* in suâ interpretatione malè videtur accepisse.

g Citat *Plut.* lib. De vitâ *Homeri*. Erat id *Stoicorum* dogma, *virtutem esse διδακτὴν*, quod (ut & alia plurima philosophorum placita) ex *Homero* haustum ac desumptum censet *Trajani* Præceptor loco jam laudato; Ἔστι τῶν Στοϊκῶν φιλοσόφων δόγμα καὶ τὸ, διδακτὸν εἶναι τὴν ἀρε-

h *Homerici* hujusce Νηπενθὲς meminerût *Diodor. Sic.* l. 1. *Plin.* Nat. Hist. 21. 21. *Clem. Alex.* Protrept. *Jamblich.* de Vit. *Pyth.* 1. 25. *Theophrast.* Hist. Plant. 9. 15. *Damocharis* Anthol. Epig. l. 4. *Galen.* Quòd mores sequ. Temperam. c. 3. *Theophyl. Simoc.* Hist. *Maur.* l. 2. c. 11. alii. qui & singuli ferè hunc versum citant,

8 [h] Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον
Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
Οὔ κεν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
Οὐδ' εἴ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
Οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
Χαλκῷ δηϊόῳεν, ὃ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο.
9 [i] Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.
10 —————— [k] Θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ, δύναται γὰρ ἅπαντα.
11 [l] Οἱ δ' αἰεὶ βέλονται θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων.
12 —————— [m] Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν.
13 [n] Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.
14 [o] Ἀργαλέος γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι.

Νηπενθές τ', &c. *Theophr.* loco laudato. Φάρμακα, &c. ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ νηπενθὲς ἐκεῖνό φησιν εἶναι καὶ ἄχολον, ὥστε λήθην ποιεῖν καὶ ἀπάθειαν τῶν κακῶν. Nempe ex hoc *Hom.* loco veteres, inprimis *Botanici*, collegerunt herbam quandam medicam *Nepenthes* appellatam. Quam *Buglossum* alii (de quo *Galen.* Καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεται) alii *Helenium* ab *Helena*, sic dictum esse volunt. Vid. *Theophrast.* loco jam laudato & ibid. Notas *Bodei* nuper editas. Πάνακες φάρμακον vocat *Athen.* l. 5. Ληθεδανὸν φάρμ. *Lucian.* de Saltat. Cùm tamen apud *Hom.* νηπενθὲς non sit speciale aliquod plantæ genus sic nominatum, sed tantùm Epitheton pharmaci cujusdam *Ægyptii*, quod ad exhilirandos hospites *Helena* vino immiscuit. *Hesych.* Νηπενθές, ἀπενθές, ἀπένθητον. *Eustath.* Νηπενθές, ὐ μόνον ἐστερημένον πένθους, ἀλλὰ καὶ τὸ στερίσκον πένθους, ὅ ἐστιν ἄλυπον. Contrà verò Ἄλυπον est & herbæ genus apud *Dioscoridem*, *Plinium*, aliosque *Botanicos*, non ab effectu sic dictæ, sed potiùs per antiphrasin, cùm sit *acris gustatu mordénsque vehementer & accendens.* *Plin.* l. 27. c. 4. Hoc igitur *Helenæ* pharmacum Νηπενθὲς, h. e. *exhilarans*, seu *lætificans*, seu *luctum sedans* non alio sensu hìc dixit Poeta quàm alibi οἶνον εὔφρονα, & *Bacchum* χάρμα βροτοῖσιν, & οἶνον λαθικηδέα. *Alcæus*, & *Horat.* vinum generosum *amara curarum eluere efficax.* Carm. l. 4. Od. 12. Mirum tamen quantum luxurient veteres, quas allegorias fingant, & quàm suaves ludos ludant Critici & mythologi, dum *Craterem Helenæ* (ex quo etiam adagium hauserunt Parœmiographi) & hoc *Nepenthes* Homericum variis modis temperatum nobis propinant. Alii siquidem eloquentiam seu orationem jucundam & tempestivam. *Plut.* Sympos. 1. Τοῦτο γὰρ ἦν (ὡς ἔοικε) τὸ νηπενθὲς φάρμακον καὶ ἀνώδυνον λόγος ἔχων καιρὸν ἁρμόζοντα τοῖς ὑποκειμένοις πάθεσι καὶ πράγμασι. *Macrob.* Saturn. 7. *Delinimentum illud quod Helena vino miscuit*, Νηπενθές τ' &c. *non herba fuit, non ex Indiâ succus, sed narrandi opportunitas, quæ hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium.* Alii historiam, alii philosophiam, alii musicam, alii denique virtutem & pulchritudinem per hoc nepenthes ἀλληγορικῶς denotari

τὴν, ἔχουσι μετὰ ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν, ὅ καὶ Ὅμηρός φησι, Τοῖο γὰρ (leg. ut hic Τοίυ γὰρ καὶ) πατρός, &c. *Robur parentum*, aliquando & prudentiam, *filii indicant*. Vid. infr. Αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, &c. Γαμέοντί τε γεινομένῳ τε] τὸ πρόσωπον παραλαλεῖ, διὰ τὰ γενεθλιακὰ, καὶ τὴν μετὰ τὸν γάμον ζωὴν· καὶ ἔστι παρωδύτερον· φρόντιν γάρ τις γεννηθεὶς, εἶτα εἰς γάμον ἥκει· κρεῖττον δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς νοεῖν τὸ γεινομένῳ ἀντὶ τοῦ γεννῶντι, τεκνοποιοῦντι (at verò tum non esset γεινομένῳ sed γειναμένῳ) *Eustath.* ad locum.

8 [d] *Protinus pharmacum infudit vino, unde bibebant,*
Nepenthes, bilem-sedans, malorum oblivionem-inducens omnium:
Qui illud hauserit, postquàm crateri immixtum-fuerit,
Haud utique eo-die-quo-biberit, lacrymam à genis profuderit,
Nè si vel ei mortem obierint materque paterque,
Nec si ei coràm fratrem aut charum filium
Ferro trucidarent hostes, *ipse verò oculis cerneret.*
9 [e] *Pharmaca multa & bona mixta, multa & mala.*
10 ——— [f] *Deus aliud post aliud*
Jupiter bonúmque malúmque dat, potest enim omnia.
11 [g] *Semper volunt Dii memores-esse* nos *præceptorum,* quæ de- (derint.
12 ——— [h] *Dii omnia nôrunt.*
13 [i] *Quidnam tibi in ædibus malumq; bonumq; sit,* videndũ sc.
14 [k] *Difficilis enim est Deus mortali viro superari.*

[d] *Prov.* 31. 6, 7. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs. [e f] *Job* 2 10. Bonum acceperimus à Deo, & malum non acceperimus? *Eccles.* 7. 14. Bono tempore ità esto in bono, ut malum tempus spectes. Siquidem utriusque vicissitudinem fecit Deus. *Thren.* 3. 38. Ex ore Altissimi annon prodit malum & bonum? [g] *Num.* 15. 38, 39. Faciant sibi fimbrias---Quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini. [h] *Joh.* 21. 17. Domine, tu omnia nôsti. *Heb.* 4. 12. Omnia nuda & aperta sunt oculis ejus (sc. Dei.) 1 *Joh.* 3. 20. Major est Deus corde nostro, & novit omnia. [i] *Gen.* 30. 30. Quando etiam providebo domui meæ? 1 *Tim.* 3. 4. Qui suæ domui benè præsit.

---

tari volunt. Σύ μοι γενοῦ τὸ Αἰγύπτιον φάρμακον· εἴτε λόγος τοῦτο ἦν, εἴτε τι ἕτερον, ᾧ φαρμακεύει τὰς ψυχὰς Ὅμηρος ἐν τ. λύπαις. *Greg. Nazianz.* Epist. 137. Vid. fusè hac de re agentem *P. la Seine*, qui & integrum librum scripsit de *Nepenthe Homerico*. Quod de mirâ & incredibili hujus pharmaci τοῦ νηπενθοῦς virtute & efficaciâ ad mœrorem luctúmque abolendum hic addit Poeta, [a] Ὃς τὸ καταβρόξειεν, &c. id ὑπερβολικῶς dictum meritò observat *Eustath.* Nam profectò ut *amor* ità & *nullis* dolor *est medicabilis herbis*; nisi fortè opii instar aut mandragoræ soporiferum hoc & narcoticum medicamentum fuerit, de quo viderint *Ægyptii*, οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, & quibus hæc planta indigena. Somnus quidem mœrorem abolet, & malorum omnium oblivionem inducit. [a] Ὁ γάρ τ' ἐπίλησεν ἁπάντων Ἐσθλῶν ἠδὲ κακῶν. Infr. *Od.* υ. Alioqui verò Λόγος h. e. ratio vel oratio sola ægrotantis animi medicina, atque unicum doloris *nepenthes* est. Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι *Æschyl.* Prom. V. Et Λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος, *Menand.* ¶ Ἐφημέριος, vir quidam doctus poni vult pro ἐφήμερος, *mortalis*, sc. homo (quemadmodum ea vox non rarò sumitur apud Græcos. vid. infrà ἐφημέρεια φρονέοντες *Od.* φ.) ut sensus sit, *Siquis mortalium in potu sumpserit* &c. At hoc certè duriusculum,

riusculum: rectiùs multò *Didym.* & *Eustath.* 'Ερμη. 'Εν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἔπιεν. Hos porrò versus de *Nepenthe* elegantissimè transtulit *Budeus* Annot. in Pandect.

[i] *Herodot.* Euterp. *Theophr.* Hist. Plant. 9. 15. *Plut.* Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. *Anthol. Gr.* Epigr. l. 1. εἰς ἰατρὲς. Et imitari videtur *Apollon.* Argon. 3. de Medea. Φάρμακά οἱ τὰ μὲν ἐσθλὰ, τὰ δὲ ῥαισήρι', ἔκειτο. De *Ægypto* pharmacis abundante loquitur hìc Poeta: Eleganter interim accommodari poterit hic versus ad mores hominis, qui magnas virtutes habet, & vitia non minora. Περὶ ἀνθρώπε λεχθείη ἂν ἐκ τε ἀγαθῶν τινων συγκροτουμένε, καὶ εἰς ἐναντία δὲ ἀποκλίνοντος. *Eustath.* Atque ità de *Alcibiade* usus est *Plut.* in *Niciâ.* Vel etiam ad res humanas prosperas & adversas, quæ permisceri sc. sibi invicem solent, juxta illud quod sequitur, Θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ, & illud de duobus doliis, *Il.* ω. *Isocr.* Ταῖς ἡδοναῖς αἱ λῦπαι παραπεπήγασι. *Hesiod.* 'Εργ. καὶ ἡμ. 1. 'Αλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν. *Plut.* π. πολυφιλ. Τὰ ἀνθρώπινα πάθη καὶ πράγματα μέμικται συντυχίαις ἄλλοτε ἄλλως ῥεύσαις. Φάρμ. alia ἐσθλὰ, alia λυγρά. Φάρμακον igitur μέση λέξις: unde & a Etymon, παρὰ τὸ φέρειν ἄκος, cùm in bonum, π. τὸ φέρ. ἄχος, cùm in malum sumitur. *Eustath.* *Plut.* lib. Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. vel *Quomodo audiendi sint Poetæ*, hoc *Hom.* carmen, ut & alterum illud proverbiale (ex Poeta nescio quo) huic parallelum, Πουλύποδος κεφαλὴ ἐν μὲν κακὸν, ἐν δὲ καὶ ἐσθλὸν, non ineptè usurpat de scriptis Poetarum in quibus sc. πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, &c.

[k] Insignis Gnome de potentiâ & providentiâ divinâ, & sacris literis apprimè consentanea: Cui respondet illa itidem altera de duobus doliis. Nec dubito quin hùc respexerit *Pind.* Isthm. 5. Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει, Ζεὺς ὁ πάντων κύριος. Ubi *Schol.* 'Ο γὰρ Ζεὺς τὰ πάντα ἀνθρώποις ἀπονέμει. Nec multùm abludit illud *Soph.* *Ajace.* Σὺν τοῖς Θεοῖς πᾶς καὶ γελᾷ, κ᾽ ὀδύρεται. *Diod. Sic.* l. 18. 'Ο γὰρ κοινὸς βίος ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος ἐναλλὰξ ἀγαθοῖς τε κακοῖς τε κυκλεῖται πάντα τὸν αἰῶνα. *Multa eveniunt homini, quæ volt, quæ*

15 —— [p] Οὐδ' ὁ γέρων δολίης ἐπελήθετο τέχνης,
Αλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς,
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.
16 [q] Τίς γάρ ἂν εἰναλίῳ παρὰ κήτεϊ κοιμηθείη;
17 [r] Καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα, καὶ ἔχθόμενός περ 'Αθήνῃ,
Εἰ μὴ ὑπόφιαλον ἔπος ἔκβαλε καὶ μέγ' ἀάσθη.
18 [f] Μηκέτι, 'Ατρέος υἱὲ, πολὺν χρόνον ἀσκελὲς αἰεὶ
Κλαῖ', ἐπεὶ οὐκ ἄνυσίν τινα δήομεν ——

[p] De *Proteo* hic sermo est: unde & proverbium Πρωτέως ποικιλώτερος (*Lucian.*) *Proteo mutabilior* (*Erasm.*) Cui simile *Vertũno inconstantior.* Et Εὐμεταβολώτερος 'Εμπέσης. Quadrat autem hic locus, & proverbiũ hoc, & nomen, & fabula *Protei* in vafros, versipelles, & inconstantes, vel etiam in præstigiatores & θαυματοποιοὺς, vel deniq; in adulatores & parasitos, qui subinde pro re natâ μετασχηματίζονται καὶ μεταμορφοῦνται, & in omnes formas se transmutant, & varias personas induunt, dum ad eorum quibuscum versantur mores & ingenia effingunt se atque componunt. *Plat. Jon.* 'Αλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς παντοδαπὸς γίγνῃ στρεφόμενος ἄνω καὶ κάτω. *Lucian.* de Saltat. 'Ιδοις τ' ἂν αὐτοὺς ... ἐοικέναι διηλλαγμένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα. 'Η τὸν μὲν οὕτως ἔχοντα τι τοῦ Αἰγυπτίου σοφιστοῦ φήσομεν ἀπολείπειν; ὃς φυτὸν ἐγίγνετο, καὶ θηρίον ὁπότε βούλοιτο, καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ πάντα χρήματα. *Basil.* M. Homil. πρὸς τοὺς νέους, &c. *Horat.* l. 1. Ep. 1. *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* *Petron.* Satyr. *Proteus esse solet, quicquid libet.* Mythologi qui Poetarum fabulas philosophicè ἀλληγοροῦσι, pleriq; per *Protea* intelligunt *materiam primam*; Ut sit Πρωτεὺς ἡ πρώτη ὕλη, quippe quæ est *capax omnium formarum.* Φασὶ δ' οἱ Πρωτέα τὴν πρωτίγονον τῶν ὅλων, τὴν τῶν εἰδῶν δεχάδα, τὴν ἐνεργείᾳ μὲν οὖσαν μηδὲν τῶν εἰδῶν, δυνάμει δὲ τὰ πάντα· στοιχεῖα δὲ δηλαδὴ, ἃ διὰ τοῦ πυρὸς αἰνίττεται, καὶ διὰ τοῦ ὕδατος, καὶ διὰ τοῦ γεω-

ne volt. Plaut. Trin. Et quis mortalium est, de quo usurpare non liceat carmen illud Homericum, ʼΑλλοτε μὲν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ, idque providentiâ divinâ sic ordinante? Οὐδεὶς Κύρν' ἄτης καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτὸς, Ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων. Theogn.

[l] Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 1. Ἀλλ' ἔτι σῶν μέμνημαι ἐφετμέων, ἃς ἐπέτειλας. Il. ε. Ἐφετμὴ vox Poet. pro ἐφημοσύνη, ἐντολή. Mandatum.

[m] Julian. Imper. Or. 6. Ammon. Præfat. in 5. Voc. Porphyr. Xen. K. Π. in fine, Θεοὶ, ὦ παῖ, ἀεὶ ὄντες πάντα ἴσασι τά γεγενημένα, καὶ τὰ ὄντα, &c. Aristot. Rhet. 2. 24. ex autore nescio quo, Εἰ μηδ' οἱ θεοὶ πάντα ἴσασι, σχολῇ οἵγε ἄνθρωποι. & tamen Πάντα γυναῖκες ἴσασι apud Simichiden.

[n] Δεῖ ζητεῖν sc. Frequenter autem à Socrate usurpatum hoc carmen narrant autores. Laert. l. 6. in Mened. (quanquam Diocles apud eundem ascribit Diogeni Cynico) Philo de Insomn. Plut. de Sanit. tuend. & lib. Quòd Stoici poetis magis paradox. Sext. Empir. adversus Mathemat. Dio Chrysost. orat. 39. Agell. 14. 6. Meæ noctes de uno maximè illo versu Homeri quærunt, quem Socrates præ omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat, Ὅ,ττι τοι ἐν μεγάροισι &c. Nempe sapientissimus mortalium uno hoc versu Homerico summam totius philosophiæ contineri dictitabat, inquit doctiss. G. Voss. De Philosoph. c. 18. Ex quo intelligimus falsissima esse, quæ nequam ille Comicus in Νεφέλ. optimo seni impingit quasi merus agyrtes, & sophista, ἀεροβάτης & οὐρανοβάμων, μετεωρολέσχης, ἀεργὸς & πολυπράγμων fuisset, cùm ille contrà totus in hoc incubuerit, ut Philosophiam è cœlo in terram deduceret, ut unusquisque relictis quæ ad se non pertinerent (& Quæ supra nos nihil ad nos, ut ipse hac in re dixit) domi se contineret, secúmque habitaret, & vitam & mores suos diligenter curaret, atque dispiceret, Ὅ,ττι οἱ ἐν μεγάροισι, &c.

[o] Ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι. supr. Il. α.

15 *Neque senex dolosæ obliviscebatur artis,*
Sed viz. imprimis leo fiebat benè-barbatus,
Deinde verò draco, & panthera, & magnus aper,
Fiebat & humida aqua, & arbor excelsa.
16 *Quis enim marinum juxta cete cubare poterit?*
17 [l] *Et sane effugisset mortem, vel invisus licet Minervæ,*
Nisi arrogans verbũ projecisset, adeóq; in noxã ingentẽ incidisset.
18 [m] *Ne ampliùs, Atrei fili, longo tempore incessanter sic*
Fleas: quandoquidem haud exitum aliquem inveniemus,
(nec quicquam sic proficiemus.

[k] Act. 9. 5. Durum est tibi contra stimulos calcitrare. 1 Cor. 10. 22. An æmulamur Dominũ? Nunquid fortiores illo sumus?

[l] Prov. 12. 13. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Prov. 13. 3. Qui custodit os suum, custodit vitam suam: at qui futilibus est labiis, huic accidit infortunium. Et 18. 7. Os stulti contritio ejus; & labia ipsius ruina animæ ejus. [m] 2 Sam. 12. 23. Quare jejunem? (& fleam) nunquid potero revocare eum? &c.

χαρὶς δράκοντος, καὶ διὰ τοῦ ἀροδρόμου ὑψιπετήλου δένδρου. Eustath. in locum. Ἔνιοι γὰρ φασι τὸν Πρωτέα τοῦτον εἶναι τὸν ἀέρα· αἰνίττεται γὰρ καὶ Ὅμηρος λέγων, Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον, Καὶ πῦρ. Theon Schol. in Aratum in initio, ubi illud, Καὶ πῦρ, de suo addit, nec enim apud Homerum comparet, saltem hoc in loco. Hos porrò Homeri versus de Proteo citat Clem. Alex. Pædag. l. 3. in initio. φιλοεικῶς παραφράζει Philostrat. vit. Sophist. l. 2. in Polluce. Ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ὁμηρικὸν, &c. Et expressit Virgil. Georg. 4.

Fiet enim subitò sus horridus, atráque tigris, Squamosúsq; draco, & torvâ cervice leæna, Aut acrem flammæ sonitum dabit, &c. Et *Horat. l.* 2. Sat. 3. *Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus---- Fiet aper, modò avis, modò saxum, & cùm volet, arbor. Polyæn.* Procem. lib. 1. Strateg. ait *Proteum* hunc *Hom.* fuisse Strategum, seu Imperatorem, omnigenis dolis & artibus bellicis & strategematis instructum. Τὰς μεταβολὰς ἐξ αὐτοῦ τῶν τεχνασμάτων ἐμυθοποίησεν Ὅμηρος, ὡς δεινοῦ κρατεῖν ἀπάτῃ ὧν ἂν βούλοιτο. Denique ad egregium quendam ὀψοφάγον nequiter nimis traduxit *Hedylus* in epigrammate apud *Athen.* l. 8. Ἑφθὸς ὁ κάλλιχθυς, νῦν ἔμβαλε τὴν βαλανάγραν, Ἔλθῃ μὴ Πρωτεὺς Ἄγις ὁ τῶν λοπάδων. Γίνεθ' ὕδωρ, καὶ πῦρ, καὶ ὃ βούλεται. Ὑγρὸν ὕδωρ·] Ἐν μὲν ποιήσει πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν (non sic in prosa oratione) *Aristot.* Rhetor. 3. 2. Sic & ὑγρὸν ὕδωρ, quanquam & ὕ. ὕ. οὐ μόνον ἀφελῶς οὕτω, ἀλλὰ καὶ πρὸς διαστολὴν εἰρῆσθαι δόξει τοῦ παγέντος, ὃς ῥηθείη ἂν πολυμερῶς ὕδωρ ξηρὸν, καθὰ καὶ ὁ τυρὸς γάλα ξηρόν. *Eustath.* ad locum.

q Utpote cujus ὀλοώτατος ὀδμὴ, uti ait *Hom.* ipse hoc in loco: unde & Φώκης ὀσμὴ pro te-

19 t Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς·
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος,
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.
20 u Αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος, οἷ' ἀγορεύεις.
21 x Αὐτὸς ἑκὼν οἱ δῶκα· τί κεν ῥέξειε καὶ ἄλλος,
Ὁππότ' ἀνὴρ τοιοῦτος ἔχων μελεδήματα θυμῷ
Αἰτίζῃ; χαλεπὸν κεν ἀνήνασθαι δόσιν εἴη.
22 ———— y Ἥτ' ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων,
Ἄλλον κ' ἐχθαίρῃσι βροτῶν, ἄλλον τε φιλοίη.
23 -- z Οὐδέ τις ἐστὶ χάρις μετόπισθ' εὐεργέων.
24 aa Μηδὲ γέροντα γέρων κακοῦ κεκακωμένον. ————

t Nusquam alibi apud Poetam mentio occurrit πολυθρυλλήτου & decantatissimi istius *Campi Elysii.* Ex uno igitur hoc loco *Homerico* tanquam ex fonte profluxit celebre figmentum de *Campo Elysio*, vel (ut nonnulli potiùs loqui amant numero multitudinis) *Campis Elysiis*, quod apud scriptores Ethnicos, præsertim Poetas utramq; paginã facit. Nempe piorũ animas alicubi post mortẽ εὐζωΐᾳ ac beatitudine frui, plerique etiam Gentiles solo naturæ lumine edocti agnoverunt. Hinc Μακάρων νῆσοι (apud alios) *Beatorum Insulæ*, seu *Insulæ fortunatæ*, & Ἠλύσιον πεδίον (hìc apud Poetam) *Elysius campus*, quem & ἀσφοδελὸν λειμῶνα vocat idem *Hom.* infr. *Od.* λ. *Hesych.* & *Etymol.* Ἠλύσιον, μακάρων νῆσος. De loco, ubi fuerit, haud convenit. Alii enim *Elysium* collocant in cœlo stellato, ut *Plat.* in *Phædon.* alii in supremo æthere sub concavo Lunæ (ubi *Homero Olympus* Θεῶν ἕδος) ut *Lucan.* l. 9. (ubi de anima *Pompeii*) imò &, ni fallor, *Virgilius.* alii denique in extremis terræ finibus, (& quidem juxta *Strab.* Geogr. l. 1. in initio, ubi hunc Poetæ locum explicat, in ultimis *Hispaniæ* oris) ad Oceanum, ubi spirant Favonii, ut *Homerus* hìc. Ubicunq; verò fuerit iste *Campus Elysius*, at certè regionem amœnam, & deliciis affluentem, locum quietis & gaudii, voluptatis & refrigerii, sicubi fuerit, fuisse constat. *Ubi putant habitare animas beatorum*, August. de Civit. Dei l. 21. c. 27. (Vide ibi *Vivem*) Unde οἱ ἐκ τῆς ἡμετέρας θείας αὐλῆς *Paradisum* hâc fabulâ adumbratum volunt; *Paradisum* verò, sive terrestrem, h. e. *Hortum Edenis*; sive etiam cælestem, h. e. cœlum *Empyreum*, sedem beatorum; sive denique locum (quem vocant) tertium, h. e. sinũ *Abrahæ*, seu locũ *refrigerii* (quem & *Paradisi* nomine nonnulli indigetari volunt) in quo animæ sanctorum saltem ante Christi adventum habitabant, imò & juxta nonnullos etiamnum habitant, & usque ad diem extremi judicii habitabunt. Ὥσπερ ἡμεῖς ἴσμεν ἐν παραδείσῳ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἀπο-

terrimo odore παροιμιακῶς apud *Aristoph.* Vesp. Δυσόδμοις θηρσὶ ζυνκοιμώμενος. *Lycophr.* de eodem *Menelao.*

[r] Ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρους. *Pind.* Olymp. 1. Μηδ' ἄγαν λαβεροστομεῖ, Ὅτι γλῶσση ματαία ζημία προστρίβεται. *Æschyl.* Prom. V. Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τ' ἀφροσυνάς τὸ τέλος δυστυχία. *Eurip.* Bacch. Ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν. Incert. Apud *Grot.* Excerpt. Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν. Ibid.

[s] Ου γάρ τις φρῖξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο. supr. *Il.* ω. Idem sunt φρῖξις & ἄνυσις. ¶ Ἀσκελὲς, ἀντὶ τοῦ πάνυ σκληρὸν (*firmiter, duriter, constanter, indesinenter*) ἀπὸ τοῦ σκέλλω, τὸ ξηραίνω, unde σκέλος & σκελετός. *Eustath.* Ἀσκελὲς adverb. σκληρὸν, χαλεπὸν, ἀδιάλειπτον (non λιπτ-ut perperam in impressis) *Hesych.* Ἀσκελὴς adject. *quòd crura non habet*, à σκέλος. Ἀσκελὲς καὶ ἄπουν. *Plat.* Tim. h. e. interprete *Cicer.* *Ingrediendi membra* non habens.

19 ***Sed te ad Elysium campum, & fines terra***
Immortales mittent, ubi flavus Rhadamanthus est:
Ubi sc. beatissima vita est hominibus,
Non-nix, néque hyems multa, nec unquam imber,
Sed semper Zephyri suaviter-spirantes auras
Oceanus emittit, ad refrigerandos homines.
20 [n] *Sanguine* cretus *es bono, chare fili, eò-quòd talia loqueris.*
21 [o] *Ipse lubens ei dedi; quid utique faceret & alius quispiam,*
Quando vir talis habens curas & ærumnas *in animo*
Petat? difficile sanè denegare donum fuerit.
22 ———— ———— *Hic est mos illustrium regum,*
Ut quivis eorum *alium odio-habeat hominem, alium amet.*
23 —— [p] *Nec ulla est gratia in-posterum ob-beneficia* accepta.
24 [q] *Nè senem affige* jam *afflictum.*

[n] *Prov.* 17.7. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.

[o] *Prov.* 3.27, 28. Nè cohibeto bonum ab eis qui opus habent, cum est in potestate manûs tuæ efficere illud, &c. *Matth.* 5.42. Petenti abs te dato.

[p] *Eccles.* 9.15. Nemo deinceps memor erat pauperis illius hominis (qui urbem sc. prudentiâ suâ liberavit. *Luc.* 17.16. (*Ex sanatis decem leprosis*) unus tantum erat εὐχαριστῶν. 2 *Tim.* 3.2. Ingrati (sc. erunt homines.) [q] *Ps.* 69.26. Quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Zach.* 1.15. Ego iratus sum parùm, ipsi ærumnam promoverunt, (seu auxerunt.) *Sirac.* 4.3. Cor exacerbatum ne perturbes magis. *Phil.* 1.16. Existimantes sese afflictionem adjicere vinculis meis.

ἀποκληρούμενοι διατρίβειν, ὅπερ τοῖς ἥρωσιν ἀπονέμουσιν Ἕλληνες τὰς μακάρων νήσους καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον. *Tzetz.* in *Hesiod.* *Si Paradisum nominemus locum divinæ amœnitatis* —— *Elysii campi fidem occupaverunt.* *Tertul.* Apolog. c. 47. Ὁ Μίνως ἐκεῖνος, καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, οὓς ἀσφοδελῶν λειμώνων καὶ Ἠλυσίων πεδίων ἠξίωσαν Ἕλληνες, ἐν φαντασίᾳ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείσου ψευδόμενοι. *Nazianz.* Or. 20. Εἰκόνας τῆς δὲ τῆς πόλεως (cœlestis sc. civitatis) καὶ οἱ ποιηταὶ κτίζουσι γράφοντες· αἱ γὰρ Ὑπερβόρεοι καὶ Ἀειμάκαριοι πόλεις, καὶ τὰ Ἠλύσια πεδία, δικαίων πολιτεύματα. *Clem. Alex.* Strom. 4. in fine. Ἰσόρηται θείοις ἀνδράσι παλαιοῖς εὐδαίμων βίος ψυχαῖς εὐδαίμοσιν· ὀνόμασαν δὲ αὐτὸν οἱ μὲν μακάρων νήσους, οἱ δὲ Ἠλύσιον πεδίον ἀπὸ τῆς λύσεως τῶν ἔνθεν κακῶν· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος, Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον &c. *Cels.* apud *Orig.* l. 7. ubi & hunc *Hom.* locum citatum habemus, atque etiam Etymon vocis Ἠλύσιον, viz. παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν, quòd ibi beatorum animæ ab omni malo liberæ ac *solutæ* vivant. Alii tamen

 aliter

aliter. *Hesych.* ab ἀ & λύσις, ὅπου ἐ διαλύονται ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ ψυχαί· quòd ibi animæ habeant statum *indissolubilem* & immortalem. *Eustath.* παρὰ τὸ ἀλύειν, ὅ ἐστι χαίρειν, ἢ παρὰ τὸ λελύσθαι, ἢ ἀλύτως ὅ ἐστιν ἀφθάρτως ἔχειν τοὺς ἐκεῖ. Fortè meliùs ab ἤλυσις adventus, locus, seu regio, in quam *conveniunt* animæ sc. beatorum. Atque hoc Etymon post alia nonnulla affert Etymol. ἢ παρὰ τὴν ἔλευσιν (potiùs & propiùs ἤλυσιν) ἔνθα οἱ εὐσεβεῖς παραγίνονται. Et *Martinius* in Lex. Philolog. putat Græcos per hanc vocem exprimere voluisse עולם הבא αἰῶνα τὸν ἐρχόμενον, seculum *venturum*, h. e futurum, vitam æternam, ab ἤλυσις, *adventus*, ut idem sit ἠλύσιος quod ἐρχόμενος, μέλλων, u בא Hebræis. Citant porrò hunc *Hom.* locum *Strab.* ubi suprà, & *Plut.* *De facie in Orb. Lun.* *Max Tyr.* Dissert. 1. Ἔνθ' οὐκ ἔς' ἔτ' ἂρ χειμὼν πολύς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος Δεύεται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη, &c. ubi duos diversos *Hom.* locos in unum confundit Platonicus ille Philosophus, observante etiam *Henr. Stephano* Castigat. in eundem. Et imitatur *Virgil.* ubi *Elysios* hos campos describit Æn. 6. *Devenere locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedésque beatas*, &c. Et alludit *Joseph.* De Bell. *Jud.* l. 2. c. 12. (ubi *Judæorum* refert sententiam de animabus defunctorum.) Καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς (sc. ψυχαῖς) ὁμοδοξοῦντες παισὶν Ἑλλήνων, ἀποφαίνονται τὴν ὑπὲρ ὠκεανὸν δίαιταν ἀποκεῖσθαι, καὶ χῶρον οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανοῦ πραῢς ἀεὶ ζέφυρος ἐπιπνέων ἀναψύχει. Ῥαδάμανθυς] Tres Inferni Judices (nempe Τερχθὰ ἢ πάντα δέδασαι: & *Numero Deus impare gaudet*) *Æacus*, & *Minos*, & tertius hic *Radamanthus*; quem hoc munus apud Inferos obiisse fabulantur Poetæ eò quòd in vivis justitiam tam districtè coluerit exercueritque. Unde & in proverbium abiit *Rhadamanthi jus*, Τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον, quod & hoc versu exprimi & summatim comprehendi ait *Aristot.* Eth. l. 5. c. 5. Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο. Ῥηΐστη βιοτὴ] *Vita facillima*, i. e. *felicissima*, unde Θεοὶ ῥεῖα ζώοντες apud *Hom.* non semel; & Ῥαῖστα δ' ἄγ' ὁ Κύκλωψ apud *Theocritum*, Idyl. 11. & Ἀπονέστερον ἐσλοὶ νέμονται βίον apud *Pind.* Ol. 2. ubi *Elysii* incolas describit. Αἰγυπτιόντας ἀήτας Ὠκ' ἀν.] *Pind.* loco jam laudato, Ἔνθα μακάρων νᾶσον Ὠκεανίδες αὖραι περιπνέοισι. Ἀναψύχειν] Locus *refrigerii*.

[a] Vid. *Aristid.* to. 3. orat. pro Rhetor. *Cleanthes* apud *Laert.* l. 7. Λάκωνός τινος εἰπόντος ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν, lætabundus exclamat, Αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, &c. Huic porrò sententiæ affine est Gallicum illud proverb. *Bonus sanguis non mentitur*. Huc etiam alludit *Nazianz.* Ep. 121. Πατρὸς εἰς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος, οἷα πυνθάνομαι περὶ σοῦ. Hùc verò spectat tritus ille *Menandri* Senarius, Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται· & illud *Socratis*, *Loquere ut te videam*. Porrò ἡ φρόνησις, prudentia, seu prudens sermo (qualis hic *Telemachi*) signum τῆς εὐγενείας. Nempe Μέγα εἰς τὸ κατορθοῦν ἐφόδιον ἡ τῶν προγόνων ἀρετή. Adeò ἀγαθοῦ αἵματος εἶναι, bonâ stirpe oriundum, & præclaris majoribus prognatum esse, ut singulare Dei donum ac beneficium, ità & non mediocre ad virtutem calcar & incitamentum (quem enim non *Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector?*) imò etiam non leve subsidium & adminiculum est. Hinc *Fortes creantur fortibus; & bonis Est in juvencis, est in equis patrum Virtus, nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.* Ho-

25 [bb] Δαιμόνιοι, μύθους μὴ ὑπερφιάλους ἀλέασθε
Πάντας ὁμῶς, μή πως τις ἐπαγγείλησι καὶ εἴσω.
Ἀλλ' ἀκασιγῇ τοῖον ἀνασάντες τελέωμεν
Μῦθον, ὃ δὴ καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῶν.
26 ——— [cc] Κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν.

[bb] Πρᾶττε μεγάλα μὴ ὑπισχνέμενος μεγάλα. *Demophil.* Sentent. *Pythag.* Silentio optimè transfiguntur negotia. In omni ferè re & consilio Οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον juxta veterem Senarium. Unde noster alibi, Ἀλλ' ἔχε σιγῇ μῦθον. Contra nihil magis disturbat consilia, & pervertit res ac rationes hominum quàm intempestiva loquacitas. *Tacitus pasci si posset corvus*, &c. Vid. inter alios *Plut.* π. ἀδολεσχ. & *Erasm.* Lingua.

[cc] Ἀνεμώλια βάζειν, τὸ κενὰ φθέγγεσθαι. *Eust.* Ἀνεμώλια, *vana*, *irrita*, *inania*, quasi in *ventos evanescentia*

rat. Carm.l.4. Od. 4. Ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν· τὴν εὐγένειαν ἦν πρῶτον ἐγκωμιάζωμεν. *Plat.* in *Menex.* Βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων· εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. *Arist.*Pol.3.8. Τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γεγονότας εἰκός ἐστι τοῖς προγόνοις ὁμοιοῦσθαι. Id.Rhet.ad *Alex.*c.36.

[x] Αἰσχρὸν αἰτηθέντα μὴ δύναι ἃ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν, *Thucyd.* l. 2. Πολλοῖς πολλὰ διδοὺς, αἰτεύμενος οὐκ ἀναιδέως. *Theocr.* Idyl.14. Ἀνήνασθαι δόσιν hic est *recusare donum*, *dare*, sc. at infrà *Od.σ.* Ἀνήνασθαι δόσιν est *recusare donum accipere.* Οὐ γὰρ καλὸν ἀνήνασθαι δόσιν ἐστί. *Non enim bonum est donum oblatum respuere.* Vid. ibi:

[y] *Princeps cùm in uno probavit amare se scire, vacat culpâ si alios minùs amat. Plin.* Panegyr. Hic nimirum mos (δίκη) imò & hæc indoles regum est, quam describit Polyb.l 2. Τοὺς βασιλεῖς εἰδὼς φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτε ἐχθρὸν, οὔτε φίλον· τῷ δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετρῦντας τὰς ἔχθρας καὶ φιλίας.

[z] *Ingratum si dixeris*, &c. Et tamen est hæc nescio quomodo communis omnium seculorum querela, Vilem sc. annonam ingratorum esse.*Catull.* Epigram. *Omnia sunt ingrata,nihil fecisse benignè est.* Hinc Græcum illud Adagium Οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυρρίας. *Plut.* Quæst. Græc. Ὡς οὐκ ἔστι χάρις &c. infr. *Od.* χ. Ἴδ' ἁ χάρις ἐς τί ποθ' ἔρπει; *Theocr.* Idyl. 5. Ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις. Pind. Isthm.7. Φεῦ τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖα τοῖς βροτοῖς χάρις διαρρεῖ, καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται. Soph. *Ajace.* Τὸ αὐτό ἐστιν ὄφιν ἐκτρέφειν, καὶ τὸν πονηρὸν εὐεργετεῖν· παρ' οὐδετέρῳ γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ. *Demophil.* similitud. *Pythagor.* Notus proverbialis ille versiculus apud *Suidam* aliósque *Græcos* Parœmiographos, Ἅμ' ἠλέηται, καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Λέγεται γὰρ τοὺς κακῶς πεπονθότας μεμνῆσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς εὖ. *Lysias* Or. 19. *Siquid benefacias, levior plumâ est gratia. Plaut.* Pœn. Καὶ τὰ μὲν δεινὰ τῶν ἔργων ἀεὶ μνημονεύεται, (τὸ γὰρ λυπῆσαν δυσεξάλειπτον) τὰ δὲ χρηστὰ, ἅμα τῇ ἀπολαύσει, καὶ τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην συναναλίσκει. Pertinax apud *Herodian.* l. 2. Interrogatus ergo *Aristoteles* apud *Laert.* Τί τάχιστα γηράσκει; respondit, Χάρις. *Non publica querela est beneficia periisse? Et paucissimos esse qui de benè merentibus noninvicem pessimè mereantur? Senec.* de Benef. l. 5. Pereunt beneficia, præsertim quæ in juvenes conferuntur. Præclarè idem *Sen.* de Benef.l. 3. *Ad præterita rari animum retorquent: sic fit ut præceptores eorumque beneficia intercidant; quia totam pueritiam relinquimus: sic fit ut in adolescentiam nostram collata pereant; quia ipsa nunquam retractatur.*

[a1] Μὴ κακὸν κακῷ δίδους Ἄκος, πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει. *Soph.* Ajace. Μή πού τις ἐφ' ἕλκεϊ ἕλκος ἄρηται. *Il.* ξ. Ubi *Eustath.* Ὅμοιον παροιμία τῇ, κακὸν ἐπὶ κακῷ, *Ne vulnus geminetur afflictis*, Cassiodor. Var. 2. Ep. 21. Μὴ νοσοῦντί μοι νόσον Προσθῇς· ἅλις γὰρ συμφορᾷ βαρύνομαι. *Eurip. Alcest.* Unde adagium excudit *Chiliastes*, *Morbum morbo addere.* i. e. *conduplicare malum. Satis est homines imprudentiâ lapsos non erigere: urgere verò jacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum. Cic.* pro *C.Rabir.* Et tamen nescio quomodo ea est plurimorum hominum inhumanitas, ut miserum miseriorem reddere, labentem dejicere, & (ut vulgò dicimus)cadentem impellere & jacentem conculcare ament. *Æschyl.* Agamem. Σύγγονον βροτοῖσι τὸ πεσόντα λακτίσαι πλέον.

25 [r] ***Heus vos, sermones arrogantes fugite***
Omnes pariter, [f] ***nè fortè quispiam annuntiet intus.***
Quin age, taciti adeò exurgamus, & ad-exitum-perducamus
Consilium, quod jam etiam omnibus in animo placuit nobis.
26 ——— [t] ***Turpe est vana loqui.***

[r] *Psal* 75.5. Nè attollatis contra excelsum cornu vestrum; nè loquamini collo duro. [f] *Eccles.*10.20. Nè maledixeris, &c. nam —qui habet pennas, *annuntiabit.* [t] *Job.*5.2,3. An sapiens responderet ventosa, aut impleret Euro ventrem suum? Et 16.3. Nunquid habebunt finem verba ventosa? *Eph.*5.6.Nemo seducat vos inanibus verbis.

evanescentia, aut *vento dispersita*, ab ἄνεμος & ὄλλυμι. Unde adagium,*Verba ventis profundere. Quæ cuncta aerii discerpant irrita venti. Catull.* Epithal. Οὐ γὰρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν. *Dionys.* Περιηγ. ubi *Eustath.* Τοῦτο δὲ παρῳδία ἐστὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ, Ἀνεμώλια βάζειν.

ΟΔ. ε'.

[a] Ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν. *Hesiod.* Διὸς οὐ παραβατά ἐστιν μεγάλα φρενῶν ἀπέραντος, *Æschyl.* Ἱκέτ'. Οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι βουλαί. Id. *Prom. V.* Τὸ περὶ Διὸς ἐνταῦθα ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἐστὶ παρῳδηθὲν οὕτως ὀρθῶς ῥηθῆναι, Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἐστὶ Θεοῦ νόον, &c. *Eustath.*

1 [a] Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεόν, οὔθ' ἁλιῶσαι.

2 ———— ———— [b] Διὸς δ' ἐποπίζεο μῆνιν,
Μήπως τοι μετόπισθε κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ.

3 ———— [c] Θεοὶ τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Οἵ μὲν φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῆναί τε.

4 ———— [d] Οὔπως οὐδὲ ἔοικε
Θνητὰς ἀθανάτῃσι δέμας καὶ εἶδος ἐρίζειν.

5 [e] Καὶ γὰρ ἐμοὶ νόος ἐστὶν ἐναίσιμος, οὐδέ μοι αὐτῷ
Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος, ἀλλ' ἐλεήμων.

6 [f] Τλήσομαι ἐν στήθεσσιν ἔχων ταλαπενθέα θυμόν.
Ἤδη γὰρ μάλα πολλ' ἔπαθον καὶ πόλλ' ἐμόγησα
Κύμασι καὶ πολέμῳ· μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.

Piè admodum & ut Episcopum Christianum decuit. Αἰγιόχοιο.] Scio quid fingant Poetæ, & quid nugentur Grammatici de Jove *à capra nutrito*, aut *ægidem tenente*: qu. αἰγίοχος sc. dicatur vel ab αἴξ, -γὸς & ὀχὴ *cibus*, vel quasi αἰγίδοχος, (extrito δ euphoniæ causâ) ad formam τοῦ ἡνίοχος. Sed quia perinde ridiculum & infrunitum mihi videtur utrumque hoc Etymon, mallem rem in medio relinquere, & (quod etiam ab aliis Interpretibus factum video) Græcum vocabulum in Lat. versione retinere, quàm de hâc *ægide, pelle caprinâ*, & *lanâ caprinâ* rixari aut nugari.

[b] Ἐν τούτοις καὶ τὴν ὄπιν ἐτυμολογεῖ, ἥτις ἐστὶ τῶν μελλόντων ἤτοι τῶν μελλόντων θεία ἐπιστροφή. *Eustath.* Schol. ad illa verba *Pind.* Isthm. 3. Ζώει δὲ μάσσων ὄλβος ὀπιζομένων. Ὄπις μὲν ἡ τοῦ μέλλοντος ἐπιστροφή, καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα ἐσομένου. *Hesiod.* Εὖ δ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι. *Hesych.* Ὄπις ἐπιστροφή· ità enim legendum pro eo quod est in impressis, περιστροφή. Hinc Ὄπις, & Jon. Οὖπις (ut νόσος, νοῦσος· κόρη, κούρη) nomen *Dianæ*. *Callim.Hym.*in *Dian.* Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι· παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τικτούσας, inquit *Schol.*quòd curâ gerat puerperarum. Ὄπις igitur est *cura*, sed nec quævis cura, sed Deorum *cura*, seu providentia circa res futuras, ἡ τῶν μετόπισθεν θεία ἐπιστροφή.

Sed nec quævis Deorum cura circa res futuras, sed ea propriè quæ *antecedentem scelestum* ὄπισθεν & à *tergo sequitur*, & in sontibus plectendis occupatur. Unde noster de impiis, Οὐδ' ὄπιδα τρομέουσι θεῶν, & Θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες. Ut ὄπις nihil aliud sit quàm *Nemesis, ultio*, seu *vindicta divina*. *Phurnutus* sanè *Adrastiam* seu *Nemesin* Ὄπιν dictam vult ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπισθεν, καὶ παρατηρεῖν τὰ ἀνθρώπεια, καὶ κολάζειν τὰ κολάσεως ἄξια, juxta illud Tragici, *Sequitur nocentes ultor à tergo Deus.* Nisi fortè quis *Nemesin Opin* dictam esse contenderit ab appellativo ὄπις, & hoc ab ὀπίζω vel ὄπισθεν. Quòd tamen non multùm interest. Vid. incomparabilem *Salmas.* Notis ad Inscript. *Herod. Att.* ubi in ipso statim limine occurrit hic versus, Ἧ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ἐλάεις Ῥαμνουσιὰς Οὖπι.

[c] Σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς. *Eurip.* Hippol. Ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανεῖται, *Plat.*Hipp. Θεοὶ σάφα τεκμαίρονται· Ἡμεῖς δ' ἀνδρομέοισι νοήμασι μέτρα φέρωμεν. *Oppian.*Hal.1. Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις. *Orpheus* apud *Just. Mart.* Parænet. Ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός. *Plat.* Apolog. Contrà verò Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασι· ait noster alibi. Οὐρανὸν εὐρὺν] *Cœlum amplum spatiosum*, totam

OD. 5.

1 [a] *AT profectò nullatenùs licet Jovis mentem Ægiochi*
Transgredi alium Deum, nec irritam-facere.
2 ———————— [b] *Jovis cave iram,*
Nè fortasse tibi in-posterum iratus succenseat.
3 ———— [c] *Dii qui cœlum latum habitant,*
Qui me præstantiores sunt intelligere atque discernere.
4 ———————— *Haudquaquam decet*
Mortales cum Immortalibus corpore & formâ contendere.
5 [d] *Etenim mihi mens est bona, nec mihi ipsi*
Animus in pectore ferreus, sed misericors.
6 [e] *Tolerabo in pectore habens patientem animum;*
Jam enim valdè multa passus-sum, & multa pertuli
In fluctibus & bello: ad illa etiam hoc accedat.

[a] *Job* 23.13. Ipse enim solus est, & nemo avertere potest cogitationem ejus. *Prov.* 19 21. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit.
[b] *Ps.* 2. 12. Osculamini filium, nè quando irascatur.
[c] *Psal.*94. 10. Qui docet hominem scientiam, annon ille cognoscet? (meliùs sc. quàm homo.) 1 *Cor.* 1. 25. Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.
[d] *Psal.*37.21. Bonus vir misericors est, & 112.4,5. Clemens & misericors, & justus; Bonus vir miseretur——— [e] *Rom.*5.3,4. Afflictio patientiam operatur. Patientia verò experientiam, experientia autem spem.

---

totam sc. compagem & regionem cœlestem. Atque ità Οὐρανὸς apud *Hom.* semper, idque in singulari tantùm, nunquam verò in numero multitudinis. Et nescio annon notatu dignum sit quod habet *Johan. Philop.* De mundi Creat. l.3 c.3. Ἕνα μὲν οὖν τοῦτον οὐρανὸν ἅπαξ ἅπαντες εἶναί φασι, καὶ πληθυντικῶς οὐδέποτε αὐτὸν οὐρανοὺς ὀνομάζουσιν Ἕλληνες (nunquam certè *Homerus* dixit οὐρανοὶ) ὡς ἡ θεία γραφὴ πολλάκις οὕτω καλεῖ.

[d] Ἐπεὶ οὔποτε φῦλον ὁμοῖον Ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων. *Il.* ε. Vid. ibi. Δέμας de vivo, Σῶμα de mortuo apud *Hom.* semper. Κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον. καὶ τοῦτο δὲ Ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε, &c. *Plut.* Vit. *Homer.* Vid. supr. *Il.* ω. *Gnom.* 12.

[e] Haud dissimili figurâ, quanquam alio sensu, dixit *Persius*, --*Neque enim mihi cornea fibra est.. Ferrea mens, ferreus animus*, παροιμιακῶς pro *duro, immiti,* & *inexorabili.* ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἔνδοθι θυμός, *Il.* χ. & alibi, σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ. *Tibull.* *Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.* *Cic.* *O te ferreum, qui illius periculis non moveris!* Πέτρινος ὅγ' ἔχων νόον ἠὲ σιδήρου. *Theocr.* Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος. *Æschyl.* Prom. *V.* Cæterùm νόος ἐναίσιμος idem hìc & ἐλεήμων. Vir *probus* & *prudens* (utrumque significat ἐναίσιμος) mitis est & misericors: *Græci* Parœmiogr. Ἀγαθοὶ δ' ἀειδάκρυες ἄνδρες (hemistichium ex *Homero* citatum, quod tamen apud eum non extat, quantum reperio) ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἔλεον ῥεπόντων. Misericordia itaque viros bonos, & sapientes decet. Contra *Stoicos*, quorum hoc dogma est, Ἐλεήμονας μὴ εἶναι τοὺς σοφούς. Quantò rectiùs *Eurip.* Ἔνεστι δ' οἶκτος ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ, Σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν. Quanquam & illud interim fatendum, Χαλεπὸν ἅμα ἐλεεῖν καὶ φρονεῖν, quod *Agesilai* Apophth. est apud *Plut.*

f *Tolerabo, multa enim jam passus sum.* Experientia malorum fortes & tolerantes in periculis facit. Τλήσομαι, πολλὰ γὰρ ἔπαθον. Et hoc etiam sensu παθήματα μαθήματα sunt, documenta sc. patientiæ, quibus instruitur & obfirmatur animus adversus mala futura. Atque hoc est unum

ΟΔ. ζ'.

1 ——————— a Ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη
Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.
Τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα.
2 b Τρὶς μάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Τρὶς μάκαρες δὲ κασίγνητοι· μάλα πού σφισι θυμὸς
Αἰὲν ἐϋφροσύνῃσιν ἰαίνεται εἵνεκα σεῖο,
Λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν.
Κεῖνος δ' αὖ περὶ κῆρι μακάρτατος ἔξοχον ἄλλων,
Ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται.
Οὐ γάρ πω τοιοῦτον ἴδον βροτὸν ὀφθαλμοῖσιν,
Οὔτ' ἄνδρ', οὔτε γυναῖκα, σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.
3 c Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρα τε καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν
Ἐσθλήν· οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή, πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,
Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι· μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί.

a Periphrasis cœli supremi seu Empyræi, quæ sedes est Dei & Beatorum. Quanquam hic, si usquam, planè cæcus est *Homerus* noster, aut si quid vidit, per nebulam tantùm, & quasi per transennam vidit; non *aquila in nubibus*, sed planè *noctua in meridie*, & magis γλαυκῶπις (hoc sensu) quàm ipsa γλαυκῶπις. Et ὥσπερ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ καθ' ἡμέραν (*Aristot.*) ità summus vates ad hanc lucem; quod & pridem observavit *Hierocles* De Provid. ex *Plat. Phædro*, Τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποτὲ ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. Nec mirum, si hìc caligaverint Gentilium oculi; nam & Christianorum. Quis enim intueri hunc solem? quis coruscum hoc & ὁλολαμπὲς Dei solium, qui habitat φῶς ἀπρόσιτον, oculis lustrare, imò quis mente & cogitatione complecti potest? Cùm verò summi montium vertices vacui sint à meteoris, & *Olympus* præsertim (præ aliis excelsissimus) ab exhalationibus immunis, nec nebulis, nec pluviis, nec procellis obnoxius, certè non ineptè nec immeritò à Poeta usurpatur, tanquam emblema quoddam seu imago cœli supremi, sedis viz. Dei & Beatorum, qui *& mons Domini* à *Davide* dicitur, ubi nulla nubes, nulla perturbatio, nulla tempestas, sed summa pax, & quies, & serenitas, & tranquillitas æternùm viget ac regnat. Θεῶν ἕδος] Vid. *Just. Martyr.* Qu. & Resp. ad Gr. q. 5. & *Pseud-Aristot.* de Mund. c. 6. ubi integrum hunc *Hom.* locum citat; quem & *Apuleius* ibi sic vertit. *Ad firmam illa Deûm sedem discessit Olympum, Qui nunquam quatitur ventis, nunquam madet imbre: Urgeturvé nive; at latè sese explicat æthra Nube carens, nitido semper splendore coruscans* (unde ὄλυμπος q. ὁλολαμπής.) Et haud scio annon huc respiciat *Sen.* de Ira l. 3. c. 6. *Pars superior mundi & ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem.* Et Epist. 59. *Talis est sapientis animus, qualis mundi status*

genus fortitudinis quod ab experientiâ profi-ciſcitur. De quo *Ariſtot.* Eth.3.8. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα ἀνδρεία τις εἶναι. *Nazianz.* Orat.23. Γενναιότερον γὰρ ἐκ τοῦ παθεῖν τὸ φιλόσοφον, ὥσπερ ψυχρῷ σίδηρος ἔμπυρος, οὕτω τοῖς κινδύνοις στομούμενον.

Od. 6.

1 ———— A*Biit caſiis-oculis Minerva*
Ad Olympum, ubi aiunt Deorum ſedem firmam ſemper
Eſſe, quæ *nec ventis concutitur, nec unquam imbre*
Rigatur, neque nix ei *appropinquat ; ſed omninò* [a] *ſerenitas*
Expanſa-eſt innubis, & coruſcus circumcurrit ſplendor.
In qua [b] *voluptatibus-fruuntur beati Dii in perpetuum.*
2 [c] *Ter beati tibi pater, & veneranda mater,*
Ter etiam beati fratres, valdè nimirum ipſorum animus
Uſque [d] *lætitiâ perfunditur tui causâ,*
Quando vident te *tale germen ad chorum ingredientem :*
Porrò ille rurſus animi feliciſſimus ſuper cæteros,
Quicunque te ſponſaliis onerans domum duxerit.
Haud enim alium *unquam talem vidi mortalem oculis*
Nec virum nec feminam, admiratio me *tenet intuentem.*
3 *Tibi enim Dii ea dent, quæcunque animo tuo expetis,*
Virúmque & domum, & concordiam præbeant
Bonam ; [e] *non verò hoc quicquam præſtantius & melius,*
Quàm cùm concordes conſiliis rem familiarem adminiſtrant
Vir atque uxor ; magnum hoc cordolium inimicis,
Gaudium verò amicis, maximè autem hoc ſentiunt & ipſi.

[a] 1 *Tim.* 6.16. Lucem inhabitat inacceſſibilem.
[b] *Pſal.* 16.11. Voluptates ad dexteram tuam in perpetuum.
[c] *Prov.* 31.28, 29. ſurrexerunt filii ejus, & beatiſſimam prædicaverunt, vir ejus & laudavit eam. Multæ filiæ præclarè fecerunt, ſed tu excellis univerſas.
[d] *Prov.* 10.1. Filius ſapiens lætificat patrem.
[e] *Eccles.* 9.9. Fruere vitâ cum dilectâ tibi uxore -- hæc eſt enim pars in vitâ &c.

ſtatus ſuper Lunam, *ſemper illic ſerenum eſt,* & Poeta ex eadem porticu *Lucan. Pharſal.*12. *Nubes excedit Olympus Lege Deûm, minimas rerum diſcordia turbat ; Pacem ſumma tenent.* Citat præterea hunc locum *Max. Tyr.* Diſſert. 31. Et imitatur vel potiùs interpretatur *Lucret.* l. 3. ſtatim ab initio. *Apparet divûm numen, ſedeſque quietæ : Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis Aſpergunt, neque nix acri concreta pruinâ Cana cadens violat ; ſempérque innubilus æther Integit, & largè diffuſo lumine ridet.* Poſtremum porrò verſum laudat *Plut.* Πῶς δεῖ τὸν νέον, &c. & reſpicit *Pind.* Nem. 6. Ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος μένει οὐρανός. Et *Heſiod.* Theogon. Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί. Οὔτε ποτ' ὄμβρῳ δὲ Οὐρανὸς ἀνώτερός ἐστιν ὑετῶν καὶ χειμώνων. *Chryſoſt.*Hom. 16. in. ad *Hebr.* ubi ipſiſſimum hunc *Homeri* locum citat *A. Douneus.* Hinc *Olympus* ἀνομβρήεντος Ὀλύμπου titulo inſignitur à *Nicandr.* Alexiphar.

[b] *Virg.* Æn.1. *Qui tanti talem genuere parentes ? Muſæus* (is ſc. qui extat *Homero* longè poſterior) *Erotopæg.* Ὄλβιος ὃς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὀλβίη ἣ τέκε μήτηρ. *O felicem matrem tuam, quæ te talem peperit !* Petron. *Arbit.* Satyr.

Τρὶς μ. & conjunctim τρισμάκαρες ter beati i. e. beatissimi (quomodo & Galli in suâ linguâ superlativum efferunt) quia numerus sc. ternarius perfectus, sacer, & mysticus. Vid. Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται. *Il.* ο. Sæpè etiam sequente τετράκις. Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. *Od.* ε. *Virg.* Æn. l. 1. O terque quaterque beati. *Pausan.* ex Orac. Τρισμάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις ἄνδρες ἔσονται. *Sen. Hippol.* *O terque quaterque prospero fato dati.* Ubi etiam nonnulli mysteria quærunt, et numeri septenarii perfectionem innui volunt. ¶ Ἰαίνεται] Verbum *Homericum*; observante *Plutarcho.* Χαρᾶς ἐπιγινομένης ἄφνω καθ' Ὅμηρον ἰάνθη καὶ διεχύθη πολλοῖς ὁ θυμός. *Plut.* Περὶ Ἀοργησ. Κρατεῖν δὲ (τὸ θερμὸν sc.) τῆς ψυχῆς διάχυσιν παρέχει καὶ ἀλέαν τῷ σώματι μεθ' ἡδονῆς, ὅπερ Ὅμηρος ἰαίνεσθαι κέκληκεν. Id. de primo Frigid. Λευσσόντων] Σολοικοφανὲς καὶ καινοπρεπὲς, pro λευσσουσι. Χρηστέον δὲ τοιούτοις σχήματι ὅτι τι συζύγει πάθος τὴν ψυχήν. Uti hic σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα. Et alibi, Ἡμῖν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ Δεισάντων φθόγγον τε βαρύν, &c. Οὐκ ἔχει γὰρ κρατεῖν τῆς κατ' ὀρθὸν φέρεσθαι ὁ πλαζόμενος τὴν ψυχήν. *Eustath.* ad locum. Θάλος] *Surculum*, *germen*, uti mox infrà, Φοίνικος νέον ἔρνος· & alibi de Achille, ὁ δὲ ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Et Heros non unus ὄζος ἄρηος. Et omnino frequens est apud poetam hæc à plantis metaphora, ubi personæ alicujus præstantiam aut pulchritudinem περιφράζει· quod & olim observavit *Ælian.* Ὁ δὲ Ὅμηρος ὅταν τοὺς καλοὺς θέλῃ ἐλέγξαι, δένδρεσι αὐτοὺς παραβάλλει· ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος, *Var. Hist.* 12. 14. Ubi hunc etiam de Nausicaa locum laudat *Vulteius.* Οὐ γάρ πω] *O quàm te memorem Virgo! namque haud tibi vultus Mortalis*, &c. *Virg.* Æn. 1.

c *Lat. Comicus* ferè ad verbum, non semel. *Dii tibi dent quæ velis, Plaut.* Pœn. & Stich.

4 d Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν,
Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ.
5 ——— e Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.
6 f Τῶν ἀλεείνω φῆμιν ἀδευκέα, μή τις ὀπίσσω
Μωμεύῃ· μάλα δ' εἰσὶν ὑπερφίαλοι κατὰ δῆμον.
7 ——— g Αὐτὴ νεμεσῶ, ἥτις τοιαῦτά γε ῥέζοι,
Ἥτ' ἀέκητι φίλων πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων
Ἀνδράσι μίσγηται, πρίν γ' ἀμφάδιον γάμον ἐλθεῖν.

d Insignis sententia, & sacræ paginæ ad amussim conformis. Deus siquidem ὁ πλουτοδότης καὶ δοτὴρ ἑάων opes & externam prosperitatem pro libitu & promiscuè dat tam bonis quàm malis. Unde illud *Augustini* de divitiis. *Dantur bonis nè putentur mala, dantur malis nè putentur summa bona.* Hinc Plutus ab *Aristophane* cœcus fingitur. Vid. & *Lucian.* Timon. Ὅς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κείνων, ποτὲ δ' αὖθ' ἑτέροις ἔδωκε μέγα κῦδος. *Pind.* Pyth. Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος οὔτε πενιχρὸς Οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος οὔτ' ἀγαθός. *Theogn.* Ὅπως ἐθέλ'] Θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον. *Id.* 2.

e *Arrian.* Epictet. l. 3. *Julian.* Fragment. & Epist. 49. *Apollon.* Argon. 3 Καὶ Διὸς, ὃς ξείνοις ἱκέτῃσί τε χεῖρ' ὑπερίσχει. Δόσις δ' &c.] Donum quantulumcunque ab amico datum grato animo amplectendum est. *Noli de gratuito munere judicare; & ut vulgare proverbium est, Equi dentes inspicere donati.* Hieron. Procem. in Epist. ad Ephes. Et certè munus quantumvis exiguum indigentibus gratum, viris bonis præsertim: qui &, propterea quòd parvo sunt contenti, et quantulumcunq; obvenit, boni consulunt, idcircò facilè amicos inveniunt, qui eorum inopiæ succurrant, juxta illud *Venusini* vatis, *Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.* l. 1 Epist. 9. Ἡ μεγάλα χάρις Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ. *Theocr.* Idyll. 28. Ἅπαν διδόμενον δῶρον εἰ καὶ μικρὸν ᾖ μέγιστόν ἐστιν εἰ μετ' εὐνοίας δίδῳς. *Philem.* apud *Stob.* Ergo ἐλευθερίους εἶναι καὶ ἀπὸ χρυσίου ἔστιν, inquit ille apud *Xen.* K. Π. 5. Οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει. *Aristot.* Eth. 4. 1. Unde vetus ille versus rhythmicus, *Dat benè, dat multum, qui dat cum munere vultum.*

Estque solennis formula benè precandi, vid. *Brisson.* Formul. l. 1. Ἄνδρα τε καὶ οἶκον· rectè; quia domus sequitur virum. *Hesiod.* Contrà. Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε, quia femina sequitur domum. Εὐχὴν οὖν μεγίστην καὶ Ὅμηρος τίθεται ἄνδρα τε καὶ οἶκον, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, μετ' ὁμοφροσύνης δὲ τῆς ἐσθλῆς. *Clem. Alex.* Strom. 2. quin & Strom. 4. eundem hunc locum citat; ut & *Aristot.* Oeconom. 2. & *Plut.* Erotic. & *Hierocl.* de Nupt. & *Aristid.* to. 2. Orat. de Concord. ubi pro ἐυμμεφέτησι legitur ὁμοφρονέτησι, sensu quidem commodo, sed refragante metro. *Homero* autem hac in re concinit *Eurip.* Med. Ἥπερ μεγίστη γίνεται σωτηρία. Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ. Et nescio annon oculum huc intenderit *Phocylides* vix inter Ethnicos censendus autor. Τί γὰρ ἥδυτερον καὶ ἄρειον Ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι, Καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος. Ἄνευ ὁμονοίας οὔτ' ἂν πόλις εὖ πολιτευθείη, οὔτ' οἶκος καλῶς οἰκηθείη, *Xen.* Cùm itaque *Gorgias* in quadam oratione concordiam *Græcis* suaderet, sallè eum sic perstrinxit *Melanthius.* Οὗτος ἡμῖν συμβουλεύει περὶ ὁμονοίας, ὃς αὑτὸν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν θεράπαιναν ἰδίᾳ τρεῖς ὄντας ὁμονοεῖν οὐ πέπεικε. *Plut.* Conjug. præcept. Cæterùm ad conjugalem hanc concordiam plurimum conducit regula illa *Callimachi.* Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. *Tu tibi sume parem.* Nam inter impares plerumque suboriuntur rixæ, querelæ, & lites. Adeóque ἀντὶ ὁμοφροσύνης διχοφροσύνην κατασκευάζουσι περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. *Ocell. Lucan.* De natur. univ. Et sæpenumerò ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν. *Dotata regit virum Conjux.* *Horat.* & Ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. *Aristot.* Eth. 8. Πόλλ' ἄλγεα, &c.] Ad hunc locum alludere videtur *Nazianz.* Carm. in laud. Virg. Χάρμα μέγ' εὐμενέεσσιν, ἄχος δέ τε δυσμενέεσσι.

4 [f] *Jupiter ipse distribuit felicitatem* externam *hominibus*
Bonis atque malis, prout vult unicuique.
5 ———————— [g] *A Jove enim sunt omnes*
Hospitésque & mendici, domum autē vel exiguum gratum est.
6 *Horum caveo rumorem acerbum, nè quis à tergo*
Obtrectet; valdè autem sunt insolentes plebeii.
7 [h] *Illi indignor quæcunque talia fecerit,*
Quæ & contra voluntatem charorum parentum
Cum viris congrediatur, priusquàm aperta nuptiæ advenerint.

[f] 1 *Paral.* 29 12. Tuæ divitiæ & tua est gloria; tu dominaris omniū, in manu tua virtus, & potentia; in manu tuâ magnitudo & imperium omnium. *Eccles.* 9. 1, 2. Nec amorem nec odium novit homo: Cùm eadem eveniant omnibus: Idem eventus justo & injusto, &c. [g] *Prov.* 19. 17. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: & beneficium ipsius rependit ei. [h] *Prov.* 2. 16, 17. Ut defendat te à muliere alienâ: Quæ derelinquit ducem adolescentiæ suæ, & fœderis Dei sui obliviscitur.

---

tum. Οὐδὲν γὰρ ἦν οὕτω σμικρὸν τι τῶν διδομένων, ὃ οὐ προσεδέξατο προθύμως. *Plut.* de *Artax.* Longim. in ejus vita.

[f] Cavenda improbitas, saltem ob metum infamiæ, nè sinistri rumores de nobis spargantur. Γλῶσσα γὰρ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος. *Musæus.* Et meritò Heros ille apud nostrum Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας, quæ sententia proverbialiter usurpatur à *Cicerone* et aliis. Et egregiè idem ille parens *Romanæ* eloquentiæ, *Non est negligenda fama: nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.* *Cic.* Læl. Ἀδευκής, *amarus, acerbus, in-suavis,* πικρὸς, ἀηδὴς, δεῦκος γὰρ τὸ γλυκύ. *Etymol.* Vel *inopinatus, inexpectatus,* ἀδόκητος, ἀπροσδ. ut πότμος ἀδευκής. *Hom.* ab α et δεύκω pro δέχομαι

μαι. *Eustath.* vel etiam ἀνήκουστος, ἀνιστόρητος, & ab α & δείκω, narro, ostendo, q. δεικής. *Etymol.* Unde & ἄγνωστος exponit *Hesych.*

[g] Virgines virorum cœtibus & frequentiis haud temerè se immiscere debent, invitis præsertim parentibus nedum nuptias contrahere sine parentum consensu. *Hero* apud *Musæum.* Ἀμφαδὸν οὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι, Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐφανδάνει. Unde & עלמה dicitur Virgo in linguâ Sanctâ, quasi domi latitans, & *abscondita* à conspectu virorum; qualis à *Græcis* dicebatur κατάκλειστος, *conclusa, reclusa* non religionis ergo sed pudicitiæ, & θαλαμευομένη, *in thalamo latens.* Ἤ τε δόμων ἔντοσθε φίλη παρὰ μητέρι μίμνει. *Phocyl.* Νουθετ. Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις

ΟΔ. η'.

ΤΩ͂Ν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα.[a]
2 ——— [b] Μηδέ τι θυμῷ
Τάρβει· θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισιν τελέθει, εἰ καί ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι.
3 [c] Ἀλλ' ὁ μὲν ὤλεσε λαὸν ἀτάσθαλον, ὤλετο δ' αὐτός.
4 [d] Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
5 [e] Πείσεται, ἅσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
6 [f] Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
Ἔπλετο, ἥ τ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκῃ
Καὶ μάλα τειρόμενον, καὶ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα.
Ὡς καὶ ἐγὼ πένθος μὲν ἔχω φρεσίν, ἡ δὲ μάλ' αἰεὶ
Ἐσθέμεναι κέλεται, καὶ πινέμεν, ἐκ δέ με πάντων
Ληθάνει, ὅσσ' ἔπαθον, καὶ ἐνιπλήσασθαι ἀνώγει.

[a] Νέες (quæcunque) ὠκεῖαι, unde & ἀλλὸς ἵπποι à Poeta vocantur ob celeritatem, ὠκύτατον γὰρ καὶ ἵππος ἐν ζώοις. *Eustath.* Ideóque ἡλίῳ ἀνάκειται, ὡς ταχυτάτῳ ταχύτατος. *Herod.* Euterp. Postremis verbis. Omnes ergo naves celeres, sed *Phæacum* inprimis, per hyperbolen ὠκ. ὡσεὶ πτ. ἠὲ νόημα. Cogitatione nihil celerius. Unde & noster alibi pernicissimum *Junonis* avolantis motum menti humanæ comparat. Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος, &c. *Il.* ο. Τάχιστον νοῦς· διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. *Thales* apud *Laert.* *Nihil est animo velocius: nulla est celeritas quæ possit cum animi celeritate contendere.* *Cic.* Tuscul. 1. *Claud.* de Rapt. *Prof.* *l.* 2. *Quantum non jaculum Parthi, non impetus Austri,* Non leve *sollicitæ mentis discurrit acumen.* Icon summæ celeritatis quâ & alii Poetæ post *Homerum* usi: *Hesiod.* Scut. *Herc.* Ὁ δ' ὥστε νόημ' ἐποτᾶτο. *Theogn.* Αἶψα γὰρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη. *Q. Calab.* l. 12. Θέρμις εὖτε νόημα Ἄλτο διὰ νεφέων. *Orph.* hymn. in *Eumenid.* Ὠκύδρομοι ὥστε νόημα. *Naves aves* quibus remi pro alis — ἐϋήρε' ἐρετμά, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται, ut Poeta alibi, & *Hesiod.* Νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο. Schol. *Aristoph.* Avibus. Αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι· quanquam vela etiam pro alis sunt. Unde & Naves appellat *Æschylus* Prom. *V.* λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα, h. e. τὰ ἔχοντα τὰ ἄρμενα ὡς πτερά, & rectè exponit Schol. & *velivolum mare* post *Lucret.* dixit *Virg.* Idem & *Mercurium* volare *Remigio alarum.* Hæc igitur κατ' ἀντιστροφὴν dicuntur, Remi sunt alæ navium & alæ sunt remi avium. *Onosand.* Strategic. c. 1. Ubi enumerans virtutes boni Στρατηγοῦ seu Imperatoris. Oportet eum inquit præterea esse Νοερόν· ὀξὺν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν στρατηγὸν ἐπὶ πᾶν ἄττοντα (ea enim vera lectio juxta *Rigaltium*) δι' ὠκύτητος ψυχῆς κατὰ τὸ Ὁμηρ. ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα. Alludit autem omninò ad hunc locum etiam *Themist.* *Euphrad.* Orat. 6. Θᾶττον πτεροῦ καὶ νοήματος. Porrò aptè conjunguntur πτερὸν καὶ νόημα. Siquidem Πτερὸν τοῦ ἀνθρώπου λογισμός,

θαλάμοισι. Μηδέ μιν ἄχρι γάμων περὶ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς: Rectè; nam Εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν. Eurip. Orest. & Γυναικί τοι αἰσχρὸν μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν. Id. Electr. Καὶ πῶς ἀκραιφνὴς ἐν νέοις στρωφωμένη ἔσται; Id. Alcest. Ἀμφάδιον γ.] Huic opp. φώριος εὐνὴ apud Musæum. Et Γαμοκλοπεῖν apud Phocyl. Λάθρῃ φιλότητι μιγῆναι & Κρυφαδίῃ φιλότητι μιγήμεναι· alibi apud Hom. qui & filium spurium utpote ex occulto concubitu natum proinde Σκότιον appellat. Quare autem μίσγεσθαι de conflictu venereo usurpatum, & cur ἡ Συνουσία μίξις appelletur, mallem alii dicant quàm ego. Vid. igitur Nemes. De Nat. Hom. c. 25.

OD. 7.

1 [a] EOrum naves veloces, ceu ala aut cogitatio.
2 ———————— [b] Nequid animo
Paveas: audax enim vir in omnibus melior
Operibus est, etiam si quando aliundè veniat.
3 [c] Verùm is & perdidit populum suum improbum, periitq; ipse.
4 Pirus super pirum senescit, pomum verò super pomum,
Porrò super uvam uva, & ficus super ficum.
5 [d] Patietur, quæcunque ei fatum Parcæque graves
Nascenti nerunt filo, quando ipsum peperit mater.
6 [e] Haud quicquam improbo ventre impudentius
Est, qui monet meminisse sui præ necessitate
Etiam valdè afflictum quempiam & in animo dolores habentem.
Sic & ego luctum quidē in animo habeo, hic verò prorsus semper
Edere jubet & bibere, & me omnium
Oblivisci facit, quæcunque passus sum, & repleri hortatur.

[a] Job 9 26. Prætervolarunt dies mei, ut naves veloces. Psal. 90. 9. Annos nostros finimus sicut meditationem.
[b] Deut. 31. 8. Noli timere, nec paveas.
[c] Prov. 29. 2. Cùm impii sumpserint principatum, gemet populus.
[d] Job. 23. 14. Perficit statutum de me. 1 Thess. 3. 3 Ut nemo commoveatur ob afflictiones istas; ipsi enim nostis ad id nos constitutos esse.
[e] Eccles. 6. 7. Omnis hominis labor ejus ori servit, & tamen appetitus ejus non expletur. Prov. 16. 26. Qui laborat, sibi laborat; compellit enim eum os suum.

σμὸς αὐτοῦ. Chrysost. Homil. 11. Περὶ τῶν Ἀνδριάντ. Quid quod etiam ἐκ νοῦ fluunt (aut fluere debent) ἔπεα, quæ & Homero πτερόεντα.

[b] Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ Θεὸς συλλαμβάνει. Menand. Οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίου. Id. Τόλμα καὶ εἰς αἰδὼς καὶ ἐς οὐρανὸν ἄνδρα κομίζει. Antholog. Gr. Epigr. l. 3. Ἀρχὴ γὰρ τοῦ νικᾶν τὸ θαῤῥεῖν. Plut. Themist. Audentes fortuna juvat. Virg. Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε. Theocr. Τολμᾶν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω. Eurip. Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non est. Plaut. Mostell.

[c] Rex malus & seipsum perdit & subditos. Citat Pausan. Arcad. Talis Δημοβόρος βασιλεὺς, Il. α. Sed nimirum simul pereunt Rex & Grex. Qui perdit populum Princeps se perdit & ipsum. Οἱ αὐτοῦ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, λαοῦ κακὰ τεύχων· liceat enim huc Hesiodeum illud παρῳδεῖν.

[d] Ad Taprobanam Insulam hosce versus accommodant. Diod. Sic. Biblioth. l. 2. Totum verò hunc locum de Alcinoi horto ab Homero expressum esse vult Just. Mart. Protrept. ad imitationem eorum quæ in SS. de Paradiso dicuntur. Τοῦ παραδείσου δὲ εἰκόνα τὸν Ἀλκινόου κῆπον

κῆπον σώζειν πεποίηκε. In vilem Sycophantarum annonam hoc hemistichium eleganter detorsit *Aristoteles*. Athenis siquidem jam discessurus, Nolle se dixit diutiùs in illâ civitate manere in quâ Γηράσκει σῦκον ἐπὶ σύκῳ, h. e. ubi tanta indies succresceret calumniarum seges, adeóque abundarent κάκιστα illa θηρία οἱ Συκοφάνται. *Diog.* Laert. & *Ammon.* in vit. Aristot. & *Ælian.* Var. hist. 3. 36. & post eos *Eustathius* ad hunc locum.

f *Lucian* Philopatr. Ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι ἀνθρώποις ὅτι μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει. *Theocr.* Idyll. 24. Οὐδ' ἔστι μοίρας τῆς χρεών τ' ἀπαλλαγή. *Eurip.* Hip. Μόρσιμα δ' οὐ πεφυγεῖν θέμις. Id. Heraclid. Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵ τε βροτοῖσι Γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε. *Hesiod.* Theog. Ὃ δεῖ παθεῖν σε, μηδαμοῦ σκέψῃ φυγεῖν *Philem.* apud *Grot.* Excerpt. Ὡς γάρ οἱ ἐπέκλωσεν τάγε δαίμων, Infr. *Od.* π. Τοὺς γὰρ μοιρῶν ἀτρέπτους ὅρους περιϊδεῖν μὲν δυνατὸν, ἐκφεύγειν δὲ οὐκ ἐφικτόν. *Heliod.* l. 2. Κλῶθες autem (unde Comp.

7 g Καί περ πολλὰ παθόντα, ἰδόντα με καὶ λίποι αἰὼν
Κτῆσιν ἐμὴν, δμῶάς τε, καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.
8 ——————— h Αἰεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσιν.
9 i Δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.
10 ——— k Οὔ μοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
Μαψιδίως κεχολῶσθαι· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.

g *Longâ militiâ* (& peregrinatione uti hìc *Ulyss.*) *fessis patriæ atque otii cupido est. Tacit.* Hist. l. 4. Plerique adeò mortales post diuturnam præsertim peregrinationem domuitionis cupidi sunt, patriæque visendæ desiderio flagrant. Ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆσαι βίον. *Eurip.* Alcest. Οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. *Dulce & decorum est pro patriâ*, & in patriâ *mori.* Ità *Cic.* ad *Att.* 8. Pro *patriâ & in patriâ mori præclarum.* Et tamen nescio annon verum sit illud quod observat *Plut.* de Exilio. Τῶν φρονιμωτάτων καὶ σοφωτάτων ὀλίγους ἂν εὕροις ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι κεκηδευμένους.

h *Cyril. Alex.* c: *Julian.* l. 7. *Aristoph.* Οὐ γὰρ ἐν νέοις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν πρεσβύταις. Vid. supr. *Il.* ψ. Νόον νίκησε νεότη.

i Πολὺ τὸ δύσζηλον ἡ φύσις ἔχουσα καὶ τὸ βάσκανον. *Plut.* de Tranquill. Φύσει μὲν γὰρ ἐπίφθονον χρῆμ' ἄνθρωποι. *Philostr.* Vit. Sophist. Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν. *Hesiod* Ἔργ. καὶ Ἡμ. 1.

k Εἰκῆ καὶ μάτην οὐ χολωθήσεται ὁ σπουδαῖος. *Eustath.* Οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς καὶ περὶ πᾶν ὀργίλοι,

καλακλῶθεις) per metaplaſmum pro κλωθοὶ à ſing. κλωθώ. (*Euſtath.*) δηλοῖ δὲ τὰς μοίρας παραγνομαθείσας ἀπὸ μιᾶς αὐτῶν τῆ κλωθοῦς. Ἐτυμολογία δὲ τῶ καλακλῶθεις, τὸ, νήσαιλο λίνῳ, ὅ ἐστιν, ἐπέκλωσαν.

[i] Eleganter, uti ſolet, *Oppian.*Hal.3. Ὡς οὐδὲν λιμοῖο κακώτερον οὐδὲ βαρείης Γαστέρος, ἣ κρατέει μάλ' ἐν ἀνθρώποισιν ἀπήμης, Καὶ χαλεπὴ δέσποινα ζωέστρ. *Ventre nihil novi frugalius*, ut *Juvenalis* (Sat. 5.) Et *Ventre nihil novi* importunius, inquit *Ulyſſes* hoc in loco. Siquidem *Eſt magiſter artis* Rhetoricæ, & potentiſſimus Orator *Venter*; *Quid non mortalia pectora* (ſuadet, imò) *cogit* Importuna *fames? Venter non habet aures*, at linguam habet. *Venter præcepta non audit: poſcit, appellat. Sen.* Epiſt.21. ubi & duos hoſce *Hom.* verſus citat *Lipſius* in Comment. Hinc Proverb. *Moleſtus interpellator Venter. Eraſm.* Infr. *Od.* ρ. Γαστέρα - Οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι. Ubi plura vid.

7 [f] *Quantumvis multa paſſum me relinquat vita, ubi videro*
Prædium meum, & ſervos, & excelſam magnam domum.
8 ———————— [g] *Semper enim juniores deſipiunt.*
9 [h] *Suſpicioſi* ſeu Zelotypi *ſumus ſuper terram genus hominũ.*
10 ——— [i] *Non mihi hujuſmodi in pectore charum cor*,
Temerè ut iraſcar; potiora autem honeſta omnia.

[f] 2 *Sam.* 19. 37. Moriar in civitate meâ, & ſepeliar juxta ſepulchrum patris mei.

[g] *Prov.* 7.7. Vidi inter imperitos, animadverti inter juvenes, vecordem adoleſcentem. 22. 15. Stultitia colligata eſt in corde pueri. [h] *Num.* 5. 14. Si ſpiritus Zelotypiæ concitaverit virum. [i] *Prov.*14.17. Iracundus temerè agit. *Eccleſ.* 7.9. Nè ſis velox ad iraſcendum.

λοι, καὶ ἐπὶ παισί. *Ariſtot.* Eth.4 5. *Sicut pueri qui tam parentibus amiſſis flebunt quàm nucibus. Sen.* de Irâ 1. 12. Licet utique κεχολῶσθαι, ſed non μαψιδίως, nec iraſci malum eſt (quicquid dixerint *Stoici*,) ſed temerè & immeritò & immodicè iraſci. Γνωμικὸν δὲ πάντως τὸ, Ἀμείνω δ', &c. *Euſtath.* Vid. infr. *Od.* ο.

ΟΔ. Η.

ΟΔ. Θ'.

1 [a] ΤΟ'Ν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδυ δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
'Οφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδε δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.
2 [b] Παρ δὲ δέπας οἴνοιο πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.
3 [c] Φόρμιγγός θ', ἣ δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ.
4 [d] Οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι κακώτερον ἄλλο θαλάσσης,
Ἄνδρα γε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.
5 ———— [e] Ἔοικας δέ σ' ἴδμεν ἀέθλους·
Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος ὄφρα κεν ᾖσιν,
Ἢ ὅτι ποσσίν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσιν.
6 [f] Οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν
Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γὰρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν, ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν.
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.
Ἄλλος δ' αὖ εἶδος μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισιν,
Ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστέφεται ἐπέεσσιν.

[a] *Max. Tyr.* Dissert. 22. *Apollon.* de Syntax. lib. 2. *Aristid.* to. 3. Or. pro *Rhet.* ex hoc disticho adagium excudit Chiliastes, *Malum bono pensatum.* Et ità profectò se habent res humanæ; sunt mala mixta bonis, sunt bona mixta malis. De quâ mixturâ. Vid. supr. ad illum vers. *Od.* δ. Φάρμακα πολλὰ, &c. Fortè & huc pertinet proverbialis ille versiculus apud Schol. *Aristoph.* Vesp. Ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες. Et illud ejusdem *Aristoph.* Plut. Ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους πίνειν, συνεκποτέον ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα. *Pind.* Pyth. 7. Φαντί γε μὰν οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν θάλλοισαν εὐδαιμονίαν, τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι, i. e. ἀγαθὰ καὶ κακὰ inquit Schol. Ubi & hunc *Hom.* locum adducit quasi Pindarico illi parallelum. Τὴν ἀνθρωπίνην εὐτυχίαν ὑποδηλοῖ κἀνταῦθα ὁ ποιητὴς ἔχουσαν συναναμεμιγμένα φαῦλα καλοῖς. *Eust.* in locum. Certè quidem id non expedit Musico, nec in bonis numerandum, oculis privari (etsi nonnulli hìc ità accipiant, ἐπεὶ φασι μουσικώτεροι οἱ τοιοῦτοι, ὡς μὴ ἀσχολούμενοι περὶ πολλὰ) tamen non rarò fit, ità providente naturâ, ut oculorum defectus aliunde suppleatur: cæcitásque corporis ingenii acie compensetur. Quòd siquis *Homerum* hìc de seipso sub persona *Demodoci* loqui putet, quasi nimirum ille cæcus fuisset musicus, næ eum omnibus sensibus orbum esse dicet *Velleius.* Cœcos tamen se factos somniare, ποιηταῖς ἄριστον esse ait *Artemidor.* Onirocrit. 1. 28. tum alias ob causas, tum & quia λόγος τις ἔχει, ὡς καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος τυφλὸς ἦν. Et nescio quomodo apud nos fieri solet, ut non pauci triviales tibicines oculis capti sint, ità ut cœcus tibicen aut fidicen, **a blind fidler**, ferè in proverbium abierit quasi huic hominum generi fatalis sit hæc mixtura ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε Ὀφθαλμῶν, &c. Nec verò oculis tantùm, sed & mente capti tibicines. Saltem si verum id, quod tanquam proverbio jactatum apud Veteres citat *Athen.* ex Poeta anonymo Dipnosoph. 8. Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν· unde Adagium suo more formavit Chiliast. *Tibicines mente capti.*

[b] Hinc colligitur veterem eum morem fuisse singula pocula singulis convivis apponendi: quod & aliis ex innumeris Autorum locis ostendere liceret, si opus esset. *Quod nulli calicem tuum propinas,* &c. *Martial.* Et *Claudius* Imp. *convivæ, qui pridiè scyphum aureum surripuisse existimabatur revocato in diem posterum, calicem fictilem apposuit,* teste *Sueton.* Vit. *Claud.*

Πιεῖν

Odyss. 8.

1 *Hunc impensè Musa dilexit,* [a]*dedit verò ei bonūq; malūq;*
Oculis quidem privavit, dedit autem suavem cantum.
2 [b] *Juxtà verò poculum vini ad bibendum, cùm animus ferret.*
3 [c] *Et cithara, quæ convivio comes est lauto.*
4 [d] *Haud enim ego quicquam puto pejus* esse *aliud mari* (sit.
Ad hominē perturbandum debilitandumq;, etiamsi valdè robustus
5 ———————— *Decet te callere agonas:*
Neque enim major gloria homini, dum in vivis *fuerit,*
Quàm si pedibus strenuè *rem gerat, & manibus suis.*
6 [e] *Adeò non omnibus Deus* omnia *gratiosa dona dat*
Viris, neque indolem, neque prudentiam, neque eloquentiam:
Alius quidem aspectu deterior est vir,
At Deus formam verbis ornat, alii autem in ipsum (quitur
Cum-voluptate intuentur, hic verò inoffenso-sermonis-tenore-lo-
[ee] *Modestè & suavitèr: excellit autem inter congregatos,*
Incedentem verò per urbem veluti Deum suspiciunt:
Contrà verò alius formâ quidem similis est Diis,
Sed non ei gratia coronat verba.

[a] *Job* 2. 10. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?
[b] *Esth.* 1. 8. Erat & lex bibendi, ut neminem quis cogeret --ut sumeret unusquisque quod vellet.
[c] *Isa* 5. 12. Cithara & lyra, &c. in conviviis vestris. *Sirac.* 32. 5. Concentus Musicorum in convivio vini.
[d] *Ps.* 107. 26, 27. Ascendunt usque ad cœlos (navigantes sc. in mari) & descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat, Turbati sunt, &c.
[e] 1 *Cor.* 12. 4. Diversitates donorum sunt.
[ee] *Psal.* 45. 2. Diffusa est gratia in labiis tuis. *Cant.* 4. 3. Eloquium tuum dulce.

Πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.] Οὐ γὰρ ἀναγκαστὸν τὸ συμπόσιον. *Eustath.* in locum. Hinc illud tam frequens apud nostrum de convivis, Σπεῖσάν τ' ἔπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός. Nondum quippe inoleverat barbarus ille mos provocandi se mutuò majoribus poculis. Nec dum consueverant οἱ συμπόται se invicem *multis urgere cullulis.* Bibebant tum quisque pro suo libitu, non pro more, nec ad nutum aut gustum alterius. Et sanè Αὐτοθελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος· ὃς δέ κ' ἀνάγκῃ, Ὑβριστὴς οἷός τ' ἐστὶ, καὶ οἰνοπότῃ, *Gr.* Epigram. *Anthol.* l. 2. Δέδονται πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται; ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι. *Plat.* Conviv. Πιεῖν ὁ προσφέρετο, εἰ μή τις αἰτήσει. *Athen.* l. 4. de *Cleomenis* Spartani conviviis. Quin & idem Dipnosophista l. 1. observat apud *Homerum*, Ἑκάστῳ τῶν δαιτυμόνων παρατίθεσθαι τράπεζαν καὶ κάνεον καὶ δέπας, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγει. Et meritò quidem: Nam τὸ πίνειν πρὸς βίαν Ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ. *Soph.* apud *Grot.* Excerpt. Scitè ergo & salsè *Laco* ille apud *Plut.* (Apophtheg. *Lacon.*) Ἀκούσας δειπνήσαντάς τινας βιάζεσθαι πίνειν, Μὴ καὶ ἐσθίειν, εἶπε, βιάζονται. Et certè videtur esse utrobique par ratio, h. e. planè nulla. Et præclarè *Romulus* (referente *Agell.* l. 11. c. 14.) *cùm in quodam convivio parcè ac sobriè bibisset, dixissétque ei aliquis, Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vilius sit, respondit,* imò verò carum, *si quantum quisque volet, bibat, nam ego bibi quantum volui.* Ergo inter nævos hoc erat *Alexandri M.* quod καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνων, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν. *Athen.* l. 12. Contrà verò ea e ac

aliquando *Agesilai* cautela in convivio, ut ferè in alteram partem peccare videretur. Qui cùm esset sympoliarcha, pincernam jussit unicuique dare, εἰ μὲν πολὺς οἶνός ἐστιν, ὅσον ἕκαστος αἰτεῖ; εἰ δὲ ὀλίγος, ἐξ ἴσου πᾶσι. *Plut.* Apophth.

[c] *Apollo Cereris* & *Bacchi*, Musica convivii comes, Ἀλλ' ἤγε κιθάρα πάλαι πω καὶ καθ' Ὅμηρον ἔτι τοῖς χρόνοις γνωρίμη τῆς δαιτός, &c. *Plut.* Sympos. l. 7. qu. 8. Συνήορος itaque interprete *Plut.* est γνωρίμη, *socia familiaris, comes individua*, παρὰ τὸ συναείρεσθαι (idem quod συνήρεσθαι) *conjungi, connecti*, unde ξυνωρὶς biga. *Hesych.* Συνήορος συνηρμοσμένη καὶ συνήθης. Hinc Εὐφώνους θαλίας dulcisona convivia vocat *Pind.* Pyth. 1. Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ οἷα παίζομεν φίλοι ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν. Finis autem Musicæ in conviviis non tantùm est oblectare & exhilarare convivantium animos, sed etiam ἀντισπᾶν καὶ πραΰνειν τὴν τοῦ οἴνου ὑπόρθρημον δύναμιν, inquit, *Plut.* l. de Musicâ. quam etiam rationem affert, *Athen.* l. 14.

[d] Mare malè audit apud *Græcos* parœmiographos, & inter τὰ κακὰ sic numeratur, ut vix κακώτερον ἄλλο. Πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. *Sen.* in & de *Medea*, *Majúsque mari Medea malum.* Et alterum proverb. Πᾶσα θάλαττα θάλαττα, *Aristagor.* in Antholog. i. e. Quodvis mare malum & infidum, & nescio quàm verè dictum sit illud tam frequens apud *Græcos* parœmiographos ex *Eurip.* Iphig. Taur. cujus meminit & *Laert.* & *Plato*, & *Eustath.* *Il.* κ. Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. (Quod fortasse an de aqua marina ad lustrationes adhibita intelligendum) Certè Θάλασσα τίκτει πολλὰ γ' ἀνθρώποις κακά. Nec immeritò fortè *Antiphanes* apud *Stob.* Ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν. Quid quòd nonnulii πόντον ἀπὸ τοῦ πόνου, ab *ærumna* & *labore* dictum volunt. Hinc illud Nævii apud Fest. *Námque nullum pejus macerat humanum, quamde mare sævum* (mirum ni respexerit hunc *Hom.* locum) *Vires cui sunt magnæ, topper confringent importunæ undæ.* Addo & illud ex *Astrampsycho* in *Onirocrit.* Φλοῖσβος θαλάσσης πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.

[e] Hùc fortean respicit *Pind.* Nem. 7. Ὑμνητὸς ἐσσὰ ἀνὴρ γίνεται σοφοῖς, ὃς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ κρατήσας, &c. Ain' verò, mi *Homere*? annon ex ingenio, animíque solertiâ μεῖζον κλέος, quàm ex robore & fortitudine corporis? Σοὶ δ' ἀλλ', ὦ ποιητὰ, ἐπὶ τίνι τὸ κλέος μέγα τοῦ πηρῷ μὲν --- ἐν λόγοις δὲ ἄλλως εὐκλεεστάτῳ; ἆρα γε ἀληθῶς ἐνταῦθα γνωματεύεις; οὐκοῦν φησὶν ἀλλὰ πρὸς τοὺς φιλάθλους ὁ λόγος, *Eustath.* ad locum. Φίλαθλος γὰρ καὶ φιλογύμναστος ὁ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἀγωνισμάτων θήραν. *Philo.* de Insomn. Porrò autem hæc ars gymnastica ideò tantoperè à veteribus præsertim *Græcis* celebrata, & athletæ & agonistæ tanto in pretio & honore habiti, quia sc. hi agones seu ludi gymnici quædam quasi προγυμνάσματα & προγυμνάσματα erant τοῦ πολέμου, & ad rei militaris peritiam bellicámque virtutem multum conferebant. Ὅτι ὁ τρόπος τῆς ἀγωνίας χρήσιμος πρὸς τὴν ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις. *Dionys. Halic.* in τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρ. Ποσσὶν τῇ ῥέξει καὶ χερσὶν] Hinc Gr: Χείρων *pejor*, *inferior*, propriè quem χειρὶ *manu* subigimus: Et Lat. *Pessimus* à *pessum*, qui pes-

7 [g] Ὡς καὶ σοὶ εἶδος μὲν ἀριπρεπὲς, οὐδέ κεν ἄλλως
Οὐδὲ θεὸς τεύξειε, νόον δ' ἀποφώλιός ἐσσι.
8 [h] Ὤρινάς μοι θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν,
Εἰπὼν οὐ κατὰ κόσμον.——————
Θυμοδακὴς γὰρ μῦθος· ἐπώτρυνας δέ με εἰπεῖν.

[g] Forma sine prudentiâ fordet. Ὄνειδος τὸ εἶδος ἄνευ τῆς ἀρετῆς. *Eust.* Vid. supr. *Il.* θ. 9. ¶ Φωλεὸς propriè est *nidus* avium, seu *cubile* ferarum; metaphoricè, *ludus literarius*, παιδευτήριον κατὰ γλῶσσαν (*Eust.*) ut & μυρμηκιὰ, propriè *nidus*, seu *antrum* & *cubile formicarum*, metaphoricè etiam pro *Scholâ* seu *gymnasio* ponitur. Juxta duplicem hanc notionem vocis φωλέος duplex etiam Etymon & significatio est hujus vocis ἀποφώλιος, ut sit vel ὁ ἀδόκιμος καὶ ἄγονος καὶ ἄκαρπος. *reprobus, rejectaneus, evanidus, irritus*, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐκ τῶν φωλεῶν ἀπορριπτομένων οὐείων ᾠῶν, ut Οὐκ ἀποφώλιοι εὐναί. *Od.* λ. vel ὁ ἀπαίδευτος, καὶ ἀδίδακτος, παρὰ τὸ φωλεὸν, ὃ δηλοῖ παιδευτήριον, ut hìc, & infr.

sum it, & hoc fortè à *pes*, q. qui *pedibus* prosternitur, aut subjicitur; quia *quem domamus, subjicimus* χερὶ ἢ ποσί. *Martin.* Lex. Philolog.

[f] *Non omnia possumus omnes.* Virg. Multis multa Dii dedere, nulli omnia. *Ingenio pollet, cui vim natura negavit.* Non semper (quid si dicam raro?) in eodem ore conveniunt forma & facundia, κάλλος & καλλιέπεια. *Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses.* Τὴς τὴν ὄψιν ἀμόρφους ἀναπληροῖ ἡ τῦ λέγειν πιθανότης. *Athen.* l. ult. *Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.* *Sappho* apud *Ovid.* Epist. Et *Claudian.* Paneg. 1. in *Stilic.* *Nunquam sincera bonorum Sors ulli concessa viro: quem vultus honestat, Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat, Corpus destituit: bellis insignior ille, Sed pacem fœdat vitiis*, &c. Nempe oraculum est id quod alibi canit noster Ἀλλ' ὄυ πως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν· & Cygnus ille *Dircæus* Nem. 7. Τυχεῖν δ' ἓν' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν ἀνελόμενον, & Olymp. 1. Ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι. Ἄλλος μὲν ὢν ἐν ἄλλῳ ἀγαθὸς, καὶ ἄλλος ἐν ἄλλῳ βέλτιων ἑτέρυ. *Philostrat.* Vit. Soph. l. 2. Citat porrò hosce versus, Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος, &c. *Galen.* Protrept. c. 4. *Lucian.* Amorib. *Aristid.* to. 3. Or. pro Rhetor. Ἀσφ. ἀπροσκόπτως, *inoffensè*. Κυρίως δὲ σφάλλεσθαι (*labi, titubare, cæspitare*) ἐπὶ ποδῶν, ut & προσκόπτειν, ὅθεν ἐξελιχθη τοῖς ὕστερον τὸ, φορητότερον εἶναι ποσὶν ἢ περ γλώττῃ προσκόπτειν· τὸ μὲν γὰρ ἔχει ἀνάγνωσιν, γλώσσης δὲ ὄλισθος ἀνέγερτα κακὰ πολλάκις ποιεῖ. *Eust.* Et certè ut communior & facilior, ità & pejor & periculosior est linguæ lapsus, quàm pedum, & Εἴ τις ἐν λόγῳ ὐ πταίει (i.e. σφάλλεται ἐν τῷ λέγειν, sed ἀσφαλέως ἀγορεύει) οὗτος τέλειος ἀνήρ, inquit *S. Jacobus.* Citat porrò hoc Hemistich. *Liban.* Orat. 10. quæ est in *Juliani* Imp. necem. Ὁ δὲ, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη, ἀσφαλέως ἀγορεύων. Vid. & *Dionys. Halicarn.* Τέχνη. circa finem ubi explicat quid sit ἀσφαλέως ἀγορεύειν hic apud *Hom.* Αἰδοῖ μειλιχίῃ, &c. Occurrit & hic versus αὐτολεξεὶ apud *Hesiod.* Theog. uti & proximè sequens, nisi quòd pro εἰσορόωσιν in *Hes.* est ἱλάσκονται. Ἐρχόμ.] Citat *Plut.* lib. Ὅτι ὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπικ. *Cic.* 3. de Orat. in viri eloquentis laudem excurrens, *Quem stupefacti dicentem intuentur? quem Deum, ut ità dicam, inter homines putant?* Ubi proculdubio hunc *Hom.* versum, Ἐρχόμενον δ', &c. ob oculos habuit disertissimus *Romuli* nepotum. Θεὸν ὥς. Sic alibi apud nostrum nescio quis Θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ. Et *Hector. Il. ω.* Ὃς Θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν· ubi subauditur ὡς, inquit *Eustath.* ὡς θεός. Ἀμφιπεριστέφ. (pro quo legunt nonnulli, sed malè, ἀμφιπεριστρέφ.) Elegans verbum decompositum, q. d. *instar-corona-ornat, & circundat.* Exegesis ejus quod paulò ante præcessit, Θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει· viz. decor & gratia sermonis, viri præsertim Oratoris corona & ornamentum est. ¶ Στέφειν igitur & στέφεσθαι hìc, & στεφανῦσθαι alibi apud *Hom.* legitur, sed nusquam Στέφανος in sensu proprio (& semel tantùm in metaphorico, στέφανος πολέμοιο *Il.* v.) quæ tamen τοῖς μεθ' Ὅμηρον vox usitatissima.

7 *Adeò tibi forma quidem eximia, haud certè aliàs*
Nec Deus ipse quempiam *formaverit*; *mente autem stolidus es.*
8 [f] *Commovisti mihi animum in pectore charo*
Locutus adeò *ineptè.*——————
Mordax enim est sermo tuus, *irritasti autem me* sic *locutus.*

[f] *Prov.* 15. 1. Sermo durus iram excitat.

Od. ξ. Ἐπεὶ ὐκ ἀποφώλιος ἦα. Utroque hoc modo exponit *Hesych.* Ἀποφώλιος, μάταιος, ἀδόκιμος, εὐτελής, ἀπαίδευτος. *Phavorin.* posteriori tantùm, Ἀποφώλιοι, ἀπαίδευτοι· φωλεοὶ γὰρ τὰ παιδευτήρια κατὰ Ἴωνας. Quæ ex *Eustathio* habet, ut & pleraque alia in *Homerum* glossemata. Quod verò de suo addit, Οὐ μόνον τῶς ἀπαιδεύτους, ἀλλὰ κατὰ ψυχὴν μόνον, fateor

 me

me tam ἀποφώλιον esse, ut vix intelligam; quippe qui putabam hactenus πᾶσαν παιδείαν τε καὶ ἀπαιδευσίαν ad animam pertinere.

h Ὤρινας θυμόν, idem quod ἔδακες θυμόν, unde θυμοδακὴς μῦθος (ubi ἀναγραμματισμὸν observat Eustath. τοῦ θυμοῦ καὶ τοῦ μύθου) Sermo mordax, seu animum-mordens, eleganti compositione Græcè dicitur θυμοδακής, & inverso vocum ordine δακέθυμος. Anacr. Δακέθυμά μοι λέγοντες. Homerus alibi, Δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος. Julian. Orat. quâdam. Ποδαπὸν δὲ χρῆμα λοιδορία ὡς θυμοδακὴς ἀληθῶς, καὶ ἀμύττον ψυχὴν μᾶλλον ἢ σίδηρος χρῶτα· ubi θυμοδακὴς & ἀμύττον ψυχὴν ἐκ παραλλήλου ponuntur, utrumque ex Homero (θυμὸν ἀμύξεις. Il. α.) Quid opus teneras mordaci

9 ———— i Ἀλλ' ἐν πρώτοισιν ὀΐω
Ἔμμεναι, ὄφρ' ἥβῃ τε πεποίθεα χερσί τ' ἐμῇσι.
Νῦν δ' ἔχομαι κακότητι καὶ ἄλγεσι, πολλὰ γὰρ ἔτλην,
Ἀνδρῶν τε πτολέμους, ἀλεγεινά τε κύματα πείρων.
10 k Ξεῖνος γάρ μοι ὅδ' ἐστί· τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο;
Ἄφρων δὴ κεῖνός γε καὶ οὐτιδανὸς πέλει ἀνήρ,
Ὅστις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλων
Δήμῳ ἐν ἀλλοδαπῷ, ἕο τ' αὐτοῦ πάντα κολούει.
11 l Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω.
12 m Ἠπεδανὸς γένόμην, ἀτὰρ οὔ-τι μοι αἴτιος ἄλλος,
Ἀλλὰ τοκῆε δύω, τὼ μὴ γείνασθαι ὄφελλον.
13 n Οὕνεκά σοι καλὴ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος.
14 o Θηλύτεραι δὲ θεαὶ μένον αἰδοῖ οἴκοι ἑκάστη.
15 ———— p Θεοὶ δωτῆρες ἐάων.
16 q Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.
17 r Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.
18 ———— s Ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται
Δεινὸν ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.

i Ὄφρ' ἥβῃ τε πεποίθεα.] Juventute fretus & manibus, h. e. ætatis flore & robore fretus, ἓν διὰ δυοῖν, Senectus frangit enervátque vires. Unde votum illud solenne Nestoris trisectisenis (uti eum vocat Lævius apud Agell.) Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι, &c. Et querela Milonis Croton. jam senio confecti, de lacertis suis, At hi quidem mortui sunt. Cic. de Senect. Et adagium apud Suid. Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαινε. Ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας δεομένων ῥᾳστώνης τινὸς καὶ ἀναπαύλης. Quòd si senectæ accedat ærumna, duplex id malum: eóque magìs languidum & effœtum corpus efficitur, quando sc. quis κακοῖσι συνέρρηκται πολέεσσι, ut de Ulysse Hom. paulò suprà.

k Julian Orat. 2. Ξένος πεφυκὼς τοῦ ξενηδόχου στέγει. Incert. (fortè Menand.) apud Stob. Τοῦτο δ' οἱ σοφοὶ ἐξελάβοντο, μὴ φίλοις τὸ λέγειν ἐᾶν. Eurip. Andromach. Hinc Q. Crispinus apud Valer. Max. 5 1. At me fœdus amicitiæ, Diique hospitales hostili certamine congredi tecum vetant. Tuum ergo crimen sit, hospitem occidere voluisse, meum non eris hospes occisus.

l Dio Chrysost. Orat. 36. Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν, &c. οὔτε Πλάτωνι, οὔτε Ὁμήρῳ. Hinc proverbium hausit Erasmus, Antiquis debetur veneratio, veluti (inquit) si quis negèt se cum Tullio velle de eloquentiâ contendere, quanquam Eustath. οὐκ ἐθελήσω hic exponit, οὐ δυνήσομαι.

m Λύπης πάντως ἄκρας τὸ τοὺς γονεῖς αἰτιᾶσθαι τοῦ τεκέσθαι. Eustath. Hoc tamen præ nimio dolore fecit & vir sanctus Job c. 3. Τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ. Aristot. Eth. 3. 5. ¶ Ἠπεδανὸς debilis, infirmus, (cui opp. ἄρτιπος versu præced.) idem quod ἀβληχρός, ἀλαπαδνός, ἀμενηνός, ἀκιδνός, ἄνικυς, (quæ singulæ voces sunt Homericæ pro ἀσθενής) ab α & πέδον, solum, quasi insolidus, instabilis, ἀβέβαιος infirmus, cui opp. ἔμπεδος. Qui primigeniam naturæ labem & corruptelam, à parentibus derivatam, impatienter deplorat, præsertim si in eâ sit sententia, quòd hæc non tam iniquitas est, quàm infirmitas, non tam malitia, quàm miseria,

ci radere vero Auriculas? Perſ. Sat. 1. Ξίφος πιτρώσκει σῶμα, τὸ δ' ὁ νοῦν λόγος. Vet. Com. Hinc *Cynici* à mordacitate, & caninâ eloquentiâ ſic dicti; itâ ſc. πεφυκότες, Ὥστε δακεῖν κραδίην ῥήμασιν, οὐ στόμασιν ut de *Antiſthene* inquit *Laertius* ſic in illum Ἀπόκωμα Epigrammate. *Intromittuntur* (*quanquam raro*) *inter cœnandum mimici ſales, ità ut nullus conviva mordacis linguæ felle feriatur. Sidon. Apoll.* l. 1. Epiſt. 2. Cavendus autem θυμοδακὴς μῦθος, nè, ſi *ſermone mordeas*, viciſſim *mordearis*. Siquidem Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, &c. *Il. υ.* & *Audibis malè ſi malè dices mihi. Cæcil.* apud *Agell.*

9 ——————— *Verùm inter primos*
Puto me fuiſſe. donec juventâ fretus-eram, & manibus meis.
Nunc autē opprimor ærumnis et doloribus; multa enim paſſus-ſum,
Virorúmque prælia ſubiens *ſævóſque fluctus tranſiens.*
10 *Hoſpes enim mihi ille eſt; quis cū homine-comiter-eum-excipi-*
Inſipiens utiq; ille, & nullius-pretii eſt vir, (*ente contenderet?*
Quicunque hoſpiti antagoniſtam ſe obtulerit in certaminibus
Gentē apud exteram, ſuaſq; res omnes & rationes *imminuit* im-
11 [g] *Cum viris autem priſcis contendere nolo.* (pedítque.
12 *Debilis natus-ſum, verùm nemo alius mihi in cauſa-eſt,*
Niſi parentes ambo, [gg] *qui utinam me non genuiſſent.*
13 [h] *Quoniam tibi pulchra filia, ſed non prudens.*
14 [i] *Fœminæ autem Deæ manebant præ-pudore domi ſingulæ.*
15 ——————— [k] *Dii datores bonorum.*
16 [l] *Non rectè-ſuccedunt mala opera:* [m] *aſſequitur tardus celerē.*
17 [n] *Miſeræ pro miſeris etiam ſponſiones adſpondendum.*
18 ——————— *Verbum ſi quod dictum ſit*
Grave, ſtatim illud ferant abripientes procellæ.

a Pignora μονογενῆ à parentibus plùs amantur. *Theophyl.* ad *Luc.* 18. Οἱ πατέρες ὅταν ἕνα παῖδα ἔχωσι, πλείω τὴν σχέσιν πρὸς τοῦτον ἐπιδείκνυνται. *Plin.* l. 4. Ep. 21. *Cujus ego pro salute— hoc sum magis anxius quòd unicus est.* Ambos hosce locos debeo doctiss. Pricæo Not. ad verba illa *Apul.* Miles. 8. *Novissimam successionis meæ atque unicam stirpem.* Val. Max. 5. 10. *Quintus Martius—filiam summæ pietatis, magnæ spei, & quæ non parva calamitatis accessio fuit, unicam amisit.* Vid. plura hanc in rem *Il. ι.* ad illum versum, Μοῦνον, τηλύγετον, πολλοῖσιν ἐπὶ κτεάτεσσι· ubi & de voce τηλύγετος. Addo jam: Τηλύγετον, h.e. eum qui patre *procul peregrinante* vel (ut alii) *longè ætate provecto* natus est, veteres Latini *Proculum* dixêre (vid. *Festum*) ut, qui patre mortuo, *Postumum.* Ἀπίης] πολὺ ἀπεχούσης, *Hesych.* ἀποκειμένης, *Eustath.* Et hìc quidem necesse appellativum hoc nomen sit, ut ut alibi fortè proprium regionis, sc. Peloponnesi. Δεκ. ἐν.] Numerus certus pro incerto: & fortè ut Poeta εὐεπίφορος ἦν εἰς τὸν ἐννέα ἀριθμὸν ob numerum musarum (*Eust.*) ità etiam εἰς τὸν δέκα ἀριθμόν, (Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, &c.) ob numerum annorum belli Trojani. Πέρθετο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ.

b Στρωμνὴ τῶν ἐγκοιμωμένων, ἢ τῶν περιβολαίων, γέμει ἀραχνίων. Εἰώθασι γὰρ οἱ ἀράχναι ἐνεργεῖν ἐν τόποις ἀμελουμένοις. Unde *Hesiod.* Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια, i.e. ἐπιμελήσαν θήσεις τῶν ἀγγείων. Οὕτω δὲ καί τις ἕτερος ποιητὴς μισοπόλεμος ἐθέλων εἰρήνην εὔξασθαι, ἀράχνας ἐπεύχεται νήματα ὑφᾶναι τοῖς ὅπλοις. Παροιμιῶδες οὖν τὸ κακὰ ἀράχνια ἔχειν ἐπὶ τῶν πάντη ἀμελουμένων. *Eustath.* Vates ille μισοπόλεμος, quem subindicat noster Antistes, est *Theocritus*, cujus hoc votum exstat *Idyll.* 16. Ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι Λεπτὰ διαστήσαιντο, βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη, (cui simile illud Nasonis, *Inquinet arma situs*) *Bacchylid.* diuturnam pacem exprimere volens, Ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πόρπαξιν αἰθᾶν ἀραχνᾶν ἱστοὶ πέλονται, &c. quæ verba paulò aliter habentur apud *Plut.* in *Numa.* Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις. Id. in *Niciâ*, ex vetere Poeta. Ἐξαέτης ἀραχνιόωσα βοείη. *Nonn.* Dionys. l. 38. *Lucian.* Pseudolog. Ἐν γωνίᾳ που κατορωρυγμένα, εὐρῶτος καὶ ἀραχνίων μεστά. Porrò hanc sive phrasin sive parœmiam (de rebus sc. seu locis neglectis) à *Græcis* etiam mutuantur *Latini.* Catull. *Plenus sacculus est aranearum.* Afran. apud Festum. *Tamne arcula tua plena est aranearum?*

Od. 16.

1 --- [a] *PAter ſuum filium benignè-excipiens amplectitur*
Venientem ex longinquâ terrâ decimo anno,
Unicũ, in ſenectute-genitũ, ob quem dolores multos paſſus fuerit.
2 ———— ———— ———— ————*Cubile*
Penuriâ incubantium, malis araneis jacet obſitum.
3 [b] *Quidpiam facere arduum eſt inter plures exiſtenti,*
Viro licet forti, quoniam multò potentiores ſunt.
4 ———— ———— [c] *Adhuc enim & ſpei ſors* ſeu locus.
5 *Vellem in meis interfectus ædibus*
Mori, potiùs *quàm hæc ſemper fœda opera videre,*
Hoſpitéſque indignis-modis-tractatos, & procos *ancillas*
Per vim trahentes indecentèr in ædibus pulchris,
Et vinum exhauſtum, & cibum comedentes
Fruſtrà & *incaſſum indeſinentèr irritum ob negotium.*
6 [d] *Scio, percipio; hæc jam intelligentem mones.*
7 [e] *Non enim uſpiam omnibus Dii apparent manifeſti.*
8 *Aliuſmodi mihi, hoſpes, appares nuper quàm antè.* *(las?*
9 [f] *Haud ex Deorũ numero ſum; cur me Diis immortalibus aſſimi-*

[a] *Luc.* 15.24. Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordiâ motus eſt, & occurrens cecidit ſuper collum ejus, & oſculatus eſt eum.
[b] *Eccleſ.* 4.12. Si quis prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt ei: & funiculus triplex difficilè rumpitur.
[c] *Ezra* 10.2. Sed tamen eſt Iſraelitis hâc in re ſpes. *Eccleſ.* 9.4. Vivis omnibus (adhuc) ſpes eſt.
[d] *Job* 13.1,2. Ecce oculus meus videt hæc omnia, & auris mea audivit, & intellexit ſingula. Quod ſcitis vos, ſcio & ego, &c.
[e] *Exod.* 33.20. Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & vivet. *Eſa.* 45.15. Verè tu es Deus abſconditus. 1 *Tim.* 6.16. Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. [f] 2 *Reg.* 5.7. Nunquid Deus ego ſum? *Pſal.* 89.6. Quis in nubibus æquabitur Domino? aut ſimilis erit Deo in filiis Dei? *Eſa.* 46.5. Cui aſſimilaſtis me? &c.

---

aranearum? Propert. *Putris & in vacuo texetur aranea lecto.* Ubi fortè reſpicit hunc *Homeri* locum de *Ulyſſis* lecto jamdiu neglecto. ¶ Χῆτος ἔνδεια, ἔλλειψις, *inopia, indigentia*, vox purè putè Poet. quâ & uſus Poeta alibi ſemel & iterum ut *Il.* ζ. & τ. unde χατέω--ίζω indigeo, &c.

[c] *Nè Hercules contra duos*, nedum contra plures. Hinc proverbium apud Chiliaſtem, *Cedendum multitudini.* Χαλεπὸν γὰρ ἐρυκανέειν ἕνα πολλούς. Infrà *Od.* υ. *Eurip.* Heracl. Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη.

[d] Cùm nil aliud reliqui eſt, ſpei adhuc locus relinquitur. Hinc dicta illa adagialia ſpei plena, *Spes in fundo pyxidis* (ex *Heſiodo*) *Nil deſperandum. Dum ſpiro ſpero.* Ἐλπίζειν χρὴ πάντ᾽· ἐπεὶ οὐκ ἔστ᾽ οὐδὲν ἄελπτον. *Linus* apud *Stob.* Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι. *Theocr.* Ἐλπὶς γηροτρόφος. *Pind.* *Spes alit agricolas.* *Tibull.* Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος. *Eurip.* Spes ſc. reditûs, uti hìc *Ulyſſis.* Μηδεὶς δοκείτω μηδὲν ἀνθρώπων ποτὲ ἄελπτον εἶναι. *Eurip.* Jon. Ἐλπίδες δ᾽ οὔπω καθεύδουσ᾽, αἷς πέποιθα σὺν θεοῖς. Id. Phœn. Χρὴ δ᾽ ἀγαθὰν ἐλπίδ᾽ ἀνδρὶ μέλειν. *Pind.* Iſthm. 8. Et divinum planè diſtichon illud *Ovid.* de Pont. 1. (ſi non de *Auguſto*, ut ille, ſed de vero Deo intelligamus.) *Quamvis eſt igitur meritis indebita noſtris, Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.* Et generoſa illa vox Pompeii,

& tali viro digna, ad *Corneliam* uxorem, post cladem *Pharsalicam*, Οὐ γὰρ ἀνέλπιστον ἐκ τούτων ἀναλαβεῖν ἐκεῖνα τὰ ἐξ ἐκείνων ἐν τούτοις γενόμενον. *Plut.* Pomp.

e *Præstat per virtutem emori*, &c. *Et honesta mors turpi vitâ potior, & incolumitas ac decus eodem loco sita sunt.* Tacit. Vit. Agric. Ἢ ζῆν ἀλύπως ἢ θανεῖν, εὐδαίμονος. Incert. apud *Grot.* Excerpt. Domesticorum injurias & bonorũ dilapidationẽ & familiæ suæ cladẽ oculis videre, malũ intolerandũ, & vel ipsâ morte pejus. Στυφελ.] ὑβριζομένους ἢ προπηλακιζομένους. Hospites autẽ injuriâ vel contumeliâ affici nullus vir probus nec prudens patienter ferat. ¶ Ἀνήνυστος & —υτος, ut ἐραστὸς & —ατὸς, γνωστὸς & —τὸς, θαυμαστὸς & —τὸς, (unde θαυματὰ apud Pindar.) & ἀγαστὸς & —ατὸς, unde ἀγαθός. *Eustath.* ad locum: addo τελεστὸν (unde ἀτέλεστον hoc in loco) & τελετὸς, unde τελετή.

f Versus proverbialis, quo quis uti poterit, quoties aut id ei narratur, quod jam ipse novit, aut faciendum præcipitur, quod ipse suâ sponte erat facturus. Quanquam nec illud consilium semper est inutile: nam *Qui monet ut facias, quod jam facis*, &c. Et fortean hùc referri poterint proverbia hæc & similia. Τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζειν, *Lumen soli mutuari.* Βατράχῳ ὕδωρ, *Ranæ aquam ministrare.* Ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, *Sus Minervam.* Γλαῦκ' Ἀθήναζε, *Noctuam Athenas mittere*, &c. Γινώσκειν, φρονεῖν, νοεῖν, tria verba synonyma in uno versiculo: quod certè rarum & insolens.

g Respicit *Synes.* De Insomn. Θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς· οὐδὲ τούτων μὲν φθόνος οὐδεὶς εἶς. *Vitellius* apud *Xiphilin.* palpum obtrudens *Caligulæ*, Ὑμῖν τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾷν ἔξεστι.

h Loquitur hìc Poeta de Metamorphosi qua-

10 k Ῥηΐδιον δὲ θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν, ἠδὲ κακῶσαι.
11 l Ἀλλ' ἤτοι παύεσθαι ἀνώγομεν ἀφροσυνάων,
Μειλιχίοις ἐπέεσσι παραυδῶν· οἱ δέ τοι οὐχὶ
Πείσονται· δὴ γάρ σφι παρίσταται αἴσιμον ἦμαρ.
12 m Μήπως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν
Ἀλλήλους τρώσητε, καταισχύνητέ τε δαῖτα.
13 ———— n Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.
14 ———— o Δεινὸν δὲ γένος βασιλήϊόν ἐστι
Κτείνειν. ————

k Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. *Hesiod.* initio Ἔργ. καὶ Ἡμ. Καὶ ὁ θεὸς δὲ ὡς ἔοικε πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. *Xenoph.* Ἑλλην. 6. Hùc pertinet illud *Æsopi* responsum, qui interrogatus quid *Jupiter* faceret, Τὰ μὲν ὑψηλὰ, inquit, ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ.

l Recta monenti non parere, certissimum ruinæ præsagium: adeò quibus exitium jam imminet & in parato est interitus, ii nec nequitiæ nuntium remittent, nec salutaribus consiliis obtemperabunt, οὐδὲ παύσονται, οὐδὲ πείσονται. *Quem enim perdere vult Jupiter, dementat priùs.* Sic duo illi filii, *Il. β.* patri ire ad bellum prohibenti non paruêrunt, κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο. Vid. plura ibi. ¶ Παραυδῶν hìc est παραινῶν in meliùs, alioqui sæpè παραυδᾶν, ut & παρφάσθαι, in deterius sumitur pro παραλογίσασθαι.

m Ἡσυχίαν γὰρ φιλεῖ συμπόσιον. *Pind.* Nem. 9. Ἄγε, δηὖτε, μηκέτ' οὕτω Παταγῷ τε κ'ἀλαλητῷ Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ Μελετῶμεν. *Anacr.* --- *Tollite barbarum Morem, verecundúmq; Bacchum Sanguineis prohibete rixis.* *Horat.* Carm. l. 1. *Od.* 27. *Non benè conveniunt*, Ate simul atque Thalia, nec *convitium* & *convivium*; & quidem rixa seu noxa in conviviis propriè est ἀταθαλία, si Grammaticis fides, qui ἀταθαλίαν sc. dici volunt ab ἄτῃ *lædo*, & θαλία *convivium*, Ὅτι ἐν ταῖς θαλίαις τὰ πρῶτα ἐξημάρτανον οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους. *Athen.* Dipnosoph. 1. Citat verò hos *Hom.* versus *Demetr. Phaler.* lib. de Elocutione.

n Hemistichium proverbiale, quod & iterum occurrit infrà *Od.* τ. imò & proverbium apud

dam seu transformatione in habitu et filo corporis, ut patet ex versu sequenti, Ἄλλα δὲ εἵματ' ἔχεις, &c. Videtur tamen παροιμιακῶς usurpari posse hoc carmen de homine quomodocunque de repente mutato: ut et illud Virg. *Quantum mutatus.* & Horat. *Mutatus Polemo* (sed hoc in melius.) Adulatori subinde se transmutanti, variásque formas et personas induenti, ut ad mores & studia sui regis componat se atque accommodet, occinendum hoc carmen (inquit *Plut.* l. de Adul. et Amici discrim.) Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε, &c. Proverbii etiam specie hunc versum in *Tiberium* torquet *Silenus* apud *Julian.* τῷ παραβάτῃ in *Cæsar.* Nec multùm hinc abludit illud *Theocriti.* Ἆρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξε; Addo et illud nescio cujus, *Ego non sum ego.*

[i] Καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν. *Plat.* Sophist. Ἔχοι ἂν ποτὲ παροιμιακῶς ῥηθῆναι ὅτι τις οὐκ ἐθέλει ἀκούειν ἐπαίνους τοὺς ὑπὲρ ἑαυτόν. *Eustath.* in locum. Et tamen de Poeta nostro *Græculus* nescio quis in Epigram. (*Antholog.* l. 4.) audacter nimis et hyperbolicè, et pro genio illius libri. Εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω· Εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι. Citant verò hunc versum *Plut.* de Profectu, et *Julian.* Epist. ad *Jamblichum*; & posterius hemistichium *Philostrat.* Vit. Soph. in *Hippodromo.* Fortean & hùc referri poterit illud *Pindaricum*, Μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι (ex quo proverbium nescio quomodo pro suo more exsculpsit *Erasm.* *Ne quæras Deus esse.*) Necnon & μονόστιχον illud, quod εἰς ἑαυτὸν ἐπιγεγραμμένον *Athenis* legit *Pompeius*, Ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός. *Plut. Pomp.*

10 [g] *Facile est Diis, qui cœlum latum habitant,*
Tum illustrem-reddere mortalem hominem, tum etiam affligere.
11 *Quin profectò desistere moneas à stultitiâ,*
[h] *Placidis verbis dehortans; tibi autem haudquaquam*
Obtemperabunt: jam enim ipsis instat fatalis dies.
12 [i] *Nè vino-inebriati, ortâ inter vos contentione*
Alii-alios vulneretis, dehonestetísque convivium.
13 ——— *Ipsum enim ferrum virum attrahit.*
14 ——— *Horrendum* facinus *est* [k] *stirpem regiam*
Interficere———

[g] 1 *Sam.* 2. 7. Dominus pauperem facit & ditat; humiliat & sublevat. 2 *Paralip.* 25. 8. In Deo est & adjuvare, & deprimere. *Psal.* 75. 7. Deus judex; hunc deprimit & illum extollit. *Luc.* 1. 52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. [h] 2 *Tim.* 2. 25. Cum lenitate erudientem eos, &c. [i] *Prov.* 23. 29, 30. Cui vulnera impunè? cui rubor oculorum? Immorantibus apud vinum, &c. [k] 2 *Reg.* 11. 1. Surrexit, & interfecit omne semen regium.

apud *Erasm.* *Ferrum virum attrahit*, h. e. ad pugnam invitat. *Tertullianum* etiam Græco dixisse hemistichio, quod alicubi apud *Homerum* legitur, Ἕλκει δὲ τὸν ἄνδρα σίδηρος, observat idem Chiliastes. Citat & *Demetr. Phaler.* l. de Elocutione. Quin & huc, opinor, respexit *Claudian.* in *Rufin.* l. 2. *Ultrixque* vel potiùs (corrigente *Barthio* ex MSS.) *Ultroque manus mucrone furenti Ducitur.* Πρόχειρος εἰς μάχην ἀνὴρ παρακειμένου σιδήρου, ἵνα ὥσπερ σίδηρον ἡ μαγνῆτις, οὕτως αὐτὸς ἐπάγηται τὸν θυμούμενον. *Eustath.* ad locum. Ἐπ' ἐχθροὺς θυμὸς ὁπλίζει χέρα. *Basil. m.* (Homil. πρὸς τοὺς νέους, &c.) ex vetere Trag. Quin et huc fortean referri poterit illud *Astrampsychi* in Onirocrit. Μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ κρατουμένη. Nec ullus dubito quin hoc *Homeri* hemistichium in animo habuerit *Chrysost.* Hom. 15. in Act. Apost. Ἐν τῇ θήκῃ κείσθω (μάχαιρα sc.) ἂν ἔχωμεν αὐτὴν γυμνὴν, πολλάκις καὶ οὐκ ὄντος

καιρῷ χρησόμεθα, ἐφελκόμενοι ὑπ' αὐτῆς. Ubi doctissimus noster *Dounaus*, παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄ. σ. *Itaque non Græcorum est (ait Thucydides in* Præfatione) *sed Barbarorum* τὸ σιδηροφορεῖν. —*Illud autem Homericum est proverbiale.* Virg. *Furor arma ministrat.* Telum irato quicquid ad manum. Ὅπλον ἀχρήνητε θυμῷ πᾶν τὸ παρατυχόν. Quin et ex eodem hoc loco aliud adagium extudit *Erasm. Tollenda mali occasio. Quippe viros ferrum illicit ipsum: ità divitiæ pelliciunt ad luxum, consuetudo puellarum ad amorem.* Addo & *occasio facit furem.* Nescio annon et hùc spectet parœmialis ille versiculus ex vetere Comico apud *Athen.* l. 1. Οἶνος κοκκύζει τοῖς ὀδοιπόροις πιεῖν. Soleo etiam ego sic παρῳδεῖν, Αὐλὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρας οἶνος· et Αὐτὴ γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα βίβλος. *Ipse liber ad legendum invitat*; qui si non

15 ——— p Ἀλλὰ πρῶτα θεῶν εἰρώμεθα βουλάς·
Εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες,
Αὐτός τε κτενέω, τοὺς δ' ἄλλους πάντας ἀνώξω,
Εἰ δέ κ' ἀποτρωπῶσι θεοὶ, παύσασθαι ἄνωγα.
16 ——— q Οὐδ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι.
17 ——— r Οὐδέ τι μιν θάνατον προμέεσθαι ἄνωγα
Ἐκ γε μνηστήρων, θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι.

p Sine numine et consilio Deorum quicquam aggredi vel ipsis Ethnicis religio fuit. Hinc proverb. Οὐκ ἄνευ Θεοῦ, *nihil sine Deo.* Erasm. *Nil sine numine*, tentandum sc. Τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται; *Æschyl.* Agam. Fieri certè Deo non permittente nihil potest, Deo non approbante nihil debet. Συμβουλεύω θεοὺς ἡγεμόνας αἰεὶ ποιεῖσθαι παντὸς ἔργου. *Appian.* Ἐμφυλ. 4. Et meritò; nam Γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος ἀρχά τε δαίμονος ὀρνύντος αὔξεται. *Pind.* Pyth. 10. Et *rerum humanarum maximum momentum est, quàm propitiis rem, quàm adversis agant Diis.* Liv. l. 9. Priusquam ergo opus aliquod aggrediamur, arduum inprimis ac difficile, Πρῶτα θεοῦ εἰρώμεθα βουλήν. Sic *Socrates* in rebus dubiis & obscuris ad Deorum consilia homines hortabatur. Unde solennis ei hæc formula, Θεὸς οἶδε. *Cic.* de Divin. *Socrates Xenophonti consulenti, sequereturnè Cyrum, posteà quàm exposuit quæ sibi videbantur; Et nostrum quidem, inquit, humanum est consilium; sed de rebus obscuris & incertis ad Apollinem censeo referendum.* Unde & idem *Xenoph.* Σωκρατοδίδακτος lib. de *Vectigal.* Σὺν γὰρ θεῷ πραττομένων εἰκὸς καὶ τὰς πράξεις προϊέναι ἐπὶ τὸ λῷον καὶ ἄμεινον ἀεὶ τῇ πόλει. Vid. & *Socrat.* Epist. 1. Pro Θέμιστες hoc in loco sunt qui legunt τόμουραι (inquit *Eustath.*) i.e. *μαντεῖαι, oracula, vaticinia.* Unde τόμουρος, *vates*, apud *Lycophr.* q. Ὁ τὸ μὴ ὂν ὁρῶν, ut nugantur Grammatici. Hanc autem lectionem τόμουραι pro θέμιστες hausit *Eustath.* ex *Strabone*, qui Geogr. l. 7. integrum hunc locum adducit, & pro ἀποτρωπῶσι θεοὶ habet ἀποτρέψῃσι θεός· τομοῦροι verò seu τόμουροι seu —ραι in fem. (variat enim lectio) ait à nonnullis hìc scribi pro θέμιστες, sed perperam. Οὕτω γράφουσί τινες--Παρ' Ὁμήρῳ δ' ἁπλούστερον δεῖ δέχεσθαι θέμιστας καταχρηστικῶς καὶ βουλὰς τὰ προστάγματα, καὶ τὰ βουλήματα τὰ μαντικὰ, καθάπερ καὶ τὰ νόμιμα. *Hesych.* Θέμιστες, μαντεῖα, χρησμοὶ, δίκαια, νόμοι. Ubi proculdubio hunc *Hom.* locum ante oculos habuit doctissimus Grammaticorum.

q Λείπει τὸ βουλὴ, ἤ τοιόνδε τι, ἵνα λέγῃ, ὡς οὐκ ἔστιν ὁσία δίκη, ἢ βουλὴ, ἢ πρᾶξις, τὸ ῥάπτειν κακὰ ἀλλήλοις. *Eustath.* Sunt tamen qui ἡ ὁσίη substantivum esse volunt, *fas, pietas, sanctitas*; eamque in rem citant illud *Juliani* de Cynismo Orat. 2. Πᾶσαι ἐκαλούμεθα τὰς ὁσίας οὐκ εἰσὶν ἀντάξιαι. Vid. Cl. *Gataker.* De N. Instrumenti

Stylo

adesset, forsan de lectione nè per somnium quidem quis cogitaret. Παρῳδεῖ *Juvenal.* sensu obscæno Sat. 9. Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος· quanquam alii eum locum aliter legunt. ˣἌνδρα σίδηρος] Οὐ γυναῖκα. *Ferrum virum attrabit*, non feminam: Quid enim feminæ cum ferro? juxta vetus proverbium (apud *Diogenian.* et alios) Μὴ μάχαιραν αἶρε θῆλυ. Et illud *Hectoris* ad *Andromachen* (quæ cùm μάχιμον ἄνδρα habuerit, vel ex ipso nomine ostendit τῶν ἀνδρῶν εἶναι τὴν μάχην.) Πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. *Il.* ζ. Vid. plura ibi.

ᵒ Ὡς θεῖον τὸ βασιλικόν ἐστι γένος· καὶ οὐ δεινὸν εἶναι κτείνειν διὰ τὴν θειότητα. *Eustath.* Οὔτοι βασιλέα φαῦλον (i. e. *leve, facile,*) κτανεῖν. *Eurip.* Electr.

15 —— [l] *Sed primùm Deorum sciscitemur consilia:*
Siquidem approbaverint rem *Jovis magni oracula,*
Ipséque interficiam, atque alios etiam omnes ad id *hortabor;*
Quòd si prohibeant Dii, desistere moneo.
16 —— [m] *Nefas est* hominibus *mala struere sibi-mutuò.*
17 —— *Jubeo eum* securum esse, *nec mortem timere*
A procis certè, [n] *à Deo autem* missam *non licet effugere.*

[l] *Jud.* 18. 5. Consule Deum, quæsumus, ut sciamus an secundum erit iter nostrum, &c. 1 *Reg.* 22. 5, 6. Consule, quæso, hodiè verbum Domini — Utrùm ire debeo, an desistere? Censeo verbum Domini (seu oraculum) esse consulendum. *Act.* 5. 38, 39. Si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, nè fortè & Deo repugnare inveniamini. [m] *Prov.* 3. 29. Nè machinare alteri malum. Et 24. 8. Qui maleficia excogitat, sceleratus vocandus est. [n] *Sap. Salom.* 16. 15. Tuam manum effugere impossibile est (ubi Deum sc. alloquitur sapiens.)

Stylo Dissertat. Cæterùm quod hîc apud *Hom.* ὁσίη, id aliis ὅσιον dicitur. *Soph.* Οὐ θέμις, οὐδ' ὅσιον, *Phocyl.* Οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀπάθαλον ἄνδρα ἄτιλον. Κακὰ ῥάπτειν, *mala struere, moliri, machinari*: ad verbum *suere, consuere*: unde consuitur vox κακοῤῥαφίη (quâ usus Poeta non semel.) Ut ex δόλον ῥάπτειν, δολοῤῥαφίη, & ex ῥάπτειν ᾠδὰς, ῥαψῳδὸς, & ῥαψῳδία, qui titulus hæsit libb. *Homericis*. Vid. *Eustath. Il.* α. in initio. Verbum autem ῥάπτειν hoc sensu Metaph. etsi ποιητικώτερον, tamen πεζογράφοις etiam in usu est. Βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησι ἀνδράσι φόνον ἔρραψαν. *Herodot.* Calliop. Ὅτι Φάλαρις αὐτῷ ῥάπτοι θάνατον. *Jamblich.* De Vit. *Pythag.* Utérque ab *Homero* mutuatus: cuju (statim suprà) hæc verba sunt, Τηλεμάχῳ θάνατον τε μόρον τε ῥάπτεις. Est porrò sententia hæc admodum pia, & tum legi naturæ tum divinis literis apprimè consona: quâ damnatur sc. omnis κακοῤῥαφίη & κακουργίη.

ʳ Θάνατος ἀπεψήφισται. *Eurip* Bacch. Σωκράτης εἰπόντος αὐτῷ τινὸς, Οἱ Ἀθηναῖοι θάνατόν σου ἐψηφίσαντο, ἔφη, Καὶ αὐτῶν ἡ φύσις. *Diog. Laert.* & *Plut.* Πέρας μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. *Demosth.* pro Cor. Τὸ γὰρ μόρσιμον (i. e. mors) οὐ παρφυκτόν. *Pind.* Pyth. 12.

ΟΔ. ρ'.

1 [a] ΠΤωχῷ βέλτιόν ἐστι κατὰ πόλιν ἠὲ κατ' ἀγροὺς
Δαῖτα πτωχεύειν, δώσει δέ οἱ ὅς κε θέλῃσιν.
2 [b] Ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδομεύων.
3 [c] Οὐ μὲν γάρ τι χέρειον ἐν ὥρῃ δεῖπνον ἑλέσθαι.
4 ———— ———— [d] Χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.
5 [e] Ἀλλ' ἄγε νῦν ἴομεν· δὴ γὰρ μέμβλωκε μάλιστα
Ἦμαρ, ἀτὰρ τάχα τοι ποτὶ ἕσπερα ῥίγιον ἔσται.
6 [f] Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει.
Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.
7 [g] Ὃς πολλῇσι φλιῇσι παραστὰς φλίψεται ὤμους,
Αἰτίζων ἀκόλους. οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας.

[a] Tum ob frequentiam civium, tum ob opulentiam, tum etiam ob comitatem morum, atque clementiam, quæ nescio quomodo Urbis potiùs quàm ruris incola. Unde & viri clementes & humani Gr. ἀστεῖοι, Lat. *Civiles* & *Urbani*, inhumani contra & inclementes, Gr. ἄγροικοι, Lat. *Rustici* & *Pagani*, (quod etiam nomen Gentilibus hæsit post Christum prædicatum, quia sc. Ethnicissimus adhuc in *pagis* fervebat, recepto in Urbibus Euangelio) q. παροιμιακῶς appellati. Meliùs ergo rem faciunt, & majorem ventri saburram parant οἱ κατὰ πόλιν ἠὲ κατ' ἀγροὺς δαῖτα πτωχεύοντες. Quanquam fortè ut mures (in fabulâ) sic mendici (reverâ) *urbani* quidem lautiùs, at *rustici* tranquilliùs vivunt, quippe extra *Fumum & opes strepitumque Romæ*. Δαῖτα πτωχεύειν.] Πτωχοὶ *Homerici* non (ut nostri) κέρματα, sed ἀκόλους, non æneos obolos & nummulorum minuta, sed frusta panis & ciborum offulas mendicabant. Δὸς πτωχῷ ἄρτον, &c. Nec mirum, cùm rudi illâ & simplici ætate nummus nondum in usu fuerit.

[b] Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ. *Theogn.* & alibi, Μειλίχια καπήλων ἐξαπατᾶν ἐθέλει. *Mosch.* Idyll. 1. de *Cupidine*, Κακαὶ φρένες, ἀδὺ λάλημα. Οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται. *Q. Calab.* Paralip. l. 2. Ὅς φίλα μὲν σαίνησιν ἐνωπαδὶς, ἄλλα δὲ θυμῷ Πορφύρει. Hùc spectant rhythmi illi notissimi *Mel in ore verba lactis; Fel in corde, fraus in factis;* desumpti sc. ex hoc loco *Plaut.* Trucul. *In melle sunt linguæ sitæ vestræ atque orationes lacteque, corde fella sunt lita, atque acerbo aceto.* Μελετίνη ἀγχόνη. *Diog.* apud *Laert.* Βύσσινα ῥήματα, *Byssina verba.* Parysatis apud *Plut.* Ῥήματα μὲν βύσσινα, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδομεῦσι. Βυσσοδ. verbum elegans *Homero* familiare; q. d. in *profundo* cordis, *moliri*, *struere*, & quasi *extruere*, δομεῖν, ὅ ἐστιν οἰκοδομεῖν. Citat porrò hunc *Hom.* versum, q. proverbii loco, *Ivo Duchat.* Bell. Sacr. l. 2. Οὐ μὴν οὐκ ἀληθεύοντος, ἀλλὰ πολὺ τἀναντία διανοουμένους, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ ἔπους, Ἐσθλ' ἀγορεύοντος, &c. Et respicit *Nicet. Chon.* Annal. *Man. Commen.* l. 3. Ἄνδρα δὲ κακὰ τῷ πλησίον βυσσοδομεύοντα, καὶ ἄλλα μὲν ἐν φρεσὶ κεύθοντα, ἕτερα δὲ βάζοντα (*Il.* 1.) σοφίας δεῖ πολλῆς ἐκφυγεῖν. Ubi ad duos simul Poetæ locos alludit Historicus ille Ὁμηρικώτατος. Utitur etiam hoc verbo quanquam ποιητικωτέρῳ *Ann. Comnen.* Alex. l. 2. (quæ & aliàs non illibenter Ὁμηρίζει.) Καὶ πολλὰ μὲν βυσσοδομεύοντες κατ' αὐτοῦ.

[c] *Athen.* l. 4. Ex hoc autem loco *Homeri* desumpta est phrasis illa, Οὐ χεῖρον, apud Atticos scriptores usitatissima. Cui opp. Οὐκ ἄμεινον, & Οὐ γὰρ ἄμεινον. *Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμ. 1. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν· οὐ γὰρ ἄμεινον. *Vetus clausula* (inquit Cl. *Heinsius* ad locum) *quâ potissimùm utebantur in interdictis suis principes, erat*, Οὐ γὰρ ἄμεινον. Ut apud *Herodot.* l. 1. in Epitaphio *Nitocridis.* Ἦν σπανίσῃ χρημάτων, ἀνοίξας τὸν τάφον, λαβέτω ὁκόσα βούλεται χρήματα· μὴ μέντοι γε μὴ σπανίσας γε· οὐ γὰρ ἄμεινον. Quam loquendi formulam nos etiam in linguâ nostrâ imitari videmur, cùm aliquem ab incepto deterrentes minitabundi dicimus, **You had not best**, Οὐ γὰρ ἄμεινον.

[d] Scio

Odyss. 17.

1 *Pauperi melius est in urbe quàm in agris*
Cibum mendicare; dabit autem ei quicunque voluerit.
2 [a] *Bona loquentes, mala autem in mente profundè-cogitabant.*
3 *Non enim abs-re-est* [aa] *in tempore cœnam capere.*
4 ———— [b] *Graves* & acerbæ *regum sunt minæ.*
5 [c] *Verùm age nunc eamus: jam enim inclinavit maximè*
Dies, at statim circa vesperam pejus & *frigidius erit.*
6 [d] *Nunc jam prorsus omninò malus malum ducit:*
[e] *Sic semper similem ducit Deus ad similem.* (*ros,*
7 Q*ui multis postibus-superliminaribus astans affricabit hume-*
Petens buccellas, non ollas neque lebetes.

a *Psal.* 28. 3. Qui cum aliis amicè loquentes, malitiam gerunt in pectore. *Psal.* 55 21. In ore dulciora-butyro habens, in corde bellum gerit. *Jer.* 9. 8. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. [aa] *Eccles.* 10. 17. Cujus principes tempore cibum capiunt (ἐν ὥρῃ.) [b] *Prov.* 16 4. Ira regis est mortis nuntia. [c] *Johan.* 11. 10. Si quis ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. [d] *Matth.* 15. 14. Cœci cœcorum duces. [e] *Sirac.* 13. 15, 16. Omne animal diligit simile sibi; sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjungetur, & omnis homo simili sui sociabitur.

---

[d] Scio ἄνακτας hoc in loco (ut & alibi sæpè apud *Hom.*) nihil aliud esse quàm *heros* seu *dominos*, potest tamen ad Reges (qui & specialiter ἄνακτες) non incommodè transferri hæc sententia, ut gemina ferè sit illi apud *Trag.* *Gravis ira regum est semper.* Sen. Med. Δεινὰ τυράννων λήματα. *Eurip.* Med. *Regum autem hæc sunt imperia, Animadverte & dicto pare: & præter rogitatum si loquare,* &c. (Ex *Eurip.*) *Cic.* pro *Rabir.* Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὀπειλαὶ τῶν νέων. Schol. *Æschyl.* ad illum *Prom. V.* Ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ.

[e] Urgendum & opus & iter tum præsertim cùm dies vergit in *vesperam.* Commodiora enim itinera interdiu, quàm vesperi aut noctu. Festinandum itaque dum dies est, (dies vitæ) in itinere, (ad cœlum) senibus inprimis; δὴ γὰρ μέμβλωκε μάλιστα Ἦμαρ, & statim advesperascet. Est enim ut ἡ ἑσπέρα γῆρας ἡμέρας, sic τὸ γῆρας ἑσπέρα βίου. *Aristot.* Poet. c 21. ¶ Μέμβλωκε, ἅπαξ λεγόμενον, Poeticè, P*er varios casus, per tot,* &c. per *Epenthesin* sc. & *Metathesin*, & *Syncopen*, & *Tropen*, pro μεμόληκε, à μολέω, -ήσω. Ἕσπερα, vel adject. per *Syncop.* pro ἑσπέρια sc. μέρη, ut τὰ ἑῷα, vel substant. per *Metaplas.* pro ἑσπέρας. Ῥίγιον· hic κυριολεκτικῶς κεῖται (*Eustath.*) pro ψυχρότερον, *frigidius*, à ῥῖγος, *frigus*: alibi verò pro κάκιον, χαλεπώτερον, *pejus, gravius*, q. *horribilius.* φοβερώτερον, λυπηρότερον. *Il.α.* Τὸ δ' οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται· & *Hesiod.* de mala uxore, Τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

[f] Τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγὸς. *Cœcus cœcum ducit. Non compositus meliùs cum Bitho Bacchius*, Horat. Ἡγηλάζειν (verb. Poet.) ἄγειν, ὁδηγεῖν, ἡγεῖσθαι, à quo etiam formatur; assumendo sc. terminationē illam paragogicam & poeticam άζειν, (ut ab ἀλύσκειν, —άζειν, ab ἀλᾶσθαι, ἠλασκάζειν, &c.) & interserendo λ. quod & sæpè servile est & epentheticum (ut in ῥιγηλὸς, σιωπηλὸς, &c.) ab ἡγεῖσθαι, ἡγηλάζειν. Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον] Insignis gnome, quæ & in proverbium abiit. *Arist.* Eth. 8. 1. Ὅθεν τὸν ὅμοιόν φασιν ὡς ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν. Id. Rhet. 1. 11. Ὅθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται. Ὡς ἧλιξ ἥλικα τέρπει, καὶ, αἰεὶ τὸν ὁμοῖον (ubi Philosophus pro suo more κατ' ἔλλειψιν dimidiatum citat hoc

Homeri,

Homeri carmen.) Ἔγνω δ' ἀὴρ ἀέρα, &c. Id. de Cœlo. 4 3. Ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ὅτι τὸ ὅμοιον φέρεται πρὸς τὸ ὅμοιον· ubi tamen non de personis, sed de rebus & elementis sermo est. Vid. & eundem *Eudem.* 7. 1. Ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον αἰεὶ πελάζει. *Aristæn.* Epist. l. 1. quod habet ex *Platone* in Sympos. Δι' ὁμοιότητος πάντα φιλεῖ πρὸς ἄλληλα συνάπτεσθαι. *Hierocl.* in Pythag. aur. Carm. Οἱ ὅμοιοι τοῖς ὁμοίοις εὔνοί εἰσι. *Xenoph.* Athen. Repub. ad quem locum illustrandum *Æm. Portus* in notis citat hunc *Homeri* versum: Ut & *Guastagninus* in Comment. ad hæc verba *Aristotelis* (Problem Sect. 10. qu. 51.) Διὰ τί ἵππος ἵππῳ χαίρει καὶ ἐπιθυμεῖ, ἄνθρωπος δ' ἀνθρώπῳ, καὶ ὅλως δὲ τὰ συνήθη τοῖς συγγενέσι καὶ ὁμοίοις; Laudat etiam *Plato* Lyside: ubi hoc modo legitur, Αἰεί τοι τὸ ὅμοιον, &c.

[g] Periphrasis mendici, Πτωχὸς ἀνὴρ ὃς δαιτῶν ἀπολυμαντὴρ. ¶ Φλιαὶ sunt τὰ πρόθυρα, vel αἱ παραστάδες. *Didym.* Interpres Φλιῇσι, τῆς παραστάσεσι (lego παραστάσι) τῆς θύρας. *Hesych.* Φλιὴ, πρόθυρον, ἢ παραστὰς τῆς θύρας. Ut sit ἀστεϊσμὸς hoc in loco, sive allusio in particip. παραστὰς ad nomen παραστὰς, quod tamen non observarunt Grammatici. Sunt autem παραστάδες *postes ostii superliminares*, ex utrâque parte illud includentes, quibus adeò mendici humeros atterere solent, dum ostio astantes stipem petunt. ¶ Φλίψεται Æolicum, pro θλίψεται, ut Φὴρ pro Θὴρ, & φλίψις, θλίψις apud *Hesych. Phavorin.* aliosq; Lexicographos. Φλιῇσι φλίψεται Paronomasia; vel etiam juxta nonnullos τρόπος ἐτυμολογίας. Φλίψεται, *apprimet, allidet, atteret*, vel etiam *apprimetur, atteretur, pass.* (κατ' ὤμους sc.) atq; ità *Hesych.* Φλίψεται ἀποθλιβήσεται. Estq; hic φλίβ. h. e. θλίβειν in propriâ & nativâ significatione, *premere, terere, trudere, apprimere, comprimere*; atque ità semper apud Ethnicos & antiquos Autores. Nam θλίβειν Metaph. pro *affligere*, ut & θλίψις pro *afflictio*, recentioris commatis, & apud sacros tantùm, & Ecclesiasticos scriptores in usu est. Atque hoc mihi inter alia argumento est, Autorem Νόθον illius poematis, quem *Phocylidem* dicimus, Ethnicum non fuisse, sed Christianum, aut saltem semichristianum; quippe quòd verbum hoc θλίβειν sensu metaphorico & Ecclesiastico usurpet, Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου, μὴ θλίβε πένητα.

8 [h] Ἀλλ' ἐπεὶ οὖν δὴ ἔργα κάκ' ἔμμαθεν, οὐκ ἐθελήσει
Ἔργον ἐποίχεσθαι, ἀλλὰ πτώσσων κατὰ δῆμον
Βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρ' ἄναλτον.
9 ——————— [i] Μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες.
10 ———— [k] Κνίσση μὲν ἀνήνοθεν, ἐν δέ τε φόρμιγξ
Ἠπύει, ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην.
11 [l] Τολμήεις μοι θυμὸς, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθα
Κύμασι καὶ πολέμῳ· μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.
12 [m] Γαστέρα δ' οὔπως ἐστὶν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν,
Οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι,
Τῆς ἕνεκεν καὶ νῆες εὔζυγοι ὁπλίζονται
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον, κακὰ δυσμενέεσσι φέρουσαι.

[h] Καθὰ ὁ ἀγαθὸς οὐ ῥᾷον ἀλλοιοῦται, ἐπεὶ μάθεν ἔμμεναι ἐσθλὸς, οὕτως οὐδὲ ὁ φαῦλος, ἐπεὶ ἔργα κάκ' ἔμαθε· δυσαπόβλητοι γάρ εἰσιν ὅτε καὶ ἀναπόβλητοι, ὥσπερ αἱ ἀγαθαὶ ἕξεις, οὕτω δὴ καὶ αἱ φαῦλαι. *Eustath.* Ἔργα κακὰ, καὶ σχέτλια ἔργα *mala opera*, ut contrà αἴσιμα ἔργα *bona op.* at ἔργον absolutè (ut hic ἔργ. ἐπ.) in meliorem partem, ut apud *Hesiod.* Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος. Οὐκ ἐθελ. ἔργ. ἐπ. **He will do no work.** Ἄναλτον] ἀπλήρωτον καὶ μηδέποτε ἅλις ἔχουσαν. *Eustath.* Quid si γαστέρα ἀργὴν, *ventrem pigrum*? q. ἀλλεσθαι μὴ δυναμένην. *Hesych.* certè derivat παρὰ τὴν ἄλσιν: etsi verba ejus sunt obscura. Clariùs aliquantò *Phavorin.* ubi post alias hujus vocis *Homericæ* interpretationes etiam hanc subjungit, ὁ τὸν ἄλλεσθαι μὴ δυνάμενον, βαρύ· ac si γαστὴρ ἄναλτος idem ferè esset, quod γαστὴρ ἀργὴ, *venter piger*.

[i] *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.* Contrà, mali pastoris est non tondere, sed deglubere;

Ut omittam utrumque hoc monitum seu præceptum, ut & alia non pauca in illâ πανθηλημάτων farragine, ferè αὐτολεξεὶ ex sacra pagina desumptum. Αἰτίζων ἀκόλους, &c.] Mendicus micas poscit, *Jejunus rarò stomachus vulgaria temnit. Cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.* Horat. Serm. l. 2. Sat. 2. Huc etiam accommodari poterit illud *Achæi* Eretriensis, quod & hic adducit *Eustath.* Πεινῶντι δ' ἀνδρὶ μᾶζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος. Αἰτίζων ἀκόλους, proverbiale dictum de mendico, qui micas panis & buccellas ostiatim petit, qualis *Lazarus* in Euangelio. Nec de mendico tantùm ventris causâ oberrante, Εἴ τις κοτύλην καὶ πύρνον ὀρέξῃ, sed etiam de quovis modesto petitore, qui sc. rem aliquam parvam & minutam, non grandem nec pretiosam sibi dari postulat, παροιμιακῶς usurpari poterit hic versus Αἰτίζων ἀκόλους, &c. *Callimach.* hymn. in *Cererem*, Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός. *Agathias* Anthol. Ep. l. 1. Οὐκ ἐθέλεις δὲ Αἰτίζων ἀκόλους, νῦν ἑτέροις παρέχειν. Ἄκολοι οἱ μικρότατοι ψωμοί, παρὰ τὸ μὴ κολούεσθαι, ἤγουν εἰς μικρὰ τέμνεσθαι. Ἄορες αἱ γυναῖκες (*Eustath.*) παρὰ τὸ ἀείρω τὸ συζεύγνύω, quæ & alibi ὄαρες per metathesin, (Ὀάρων ἕνεκα συντεθεισῶν) unde ὀαρίζειν, & ὀαριστύς. Τὸ ἄορ in sing. *ensis*, αἱ ἄορες in plur. *mulieres*. *Hesych.* tamen etiam exponit Ἄορας, ξίφη ἀρσενικῶς· at statim pòst, Ἄορες γυναῖκες λέγονται καὶ τρίποδες· nimirum respicere videtur hunc Poetæ versum, ubi conjunguntur ἄορες καὶ λέβητες. Cùm verò ἅπαξ λεγόμενον hoc nomen sit (in plur. sc.) & hoc tantùm in loco occurrat, nec usquam alibi compareat vel apud *Hom.* vel ullum alium (quod sciam) autorem (nisi si fortè quis hunc locum ex *Hom.* laudet, aut etiam ad eum alludat) certè integrum cuique fuerit quodnã velit eligere ex hisce trib⁹ *Hesychii* glossematis: quanquam si mihi optio detur, ego tertium potiùs prætulero: quod & agnoscit Scholiast. Et simul etymon assignat. Οἱ δὲ τοὺς τρίποδας, τοὺς ὦτα ἔχοντας, ἐξ ὧν αἱρεῖσθαι δύναται. *Max. Tyr.* Dissert. 34. Οὐκ ἀκόλους μὰ Δία κατὰ τὸν Ὅμηρον πτωχεύοντα, οὐδὲ δῶρας (lego οὐδ' ἄορας) καὶ λέβητας μόνον, &c. *Heliodor.* l. 2. Καὶ ἐμοὶ δοκεῖτε τοιοίδε ὄντες, οὐκ ἀκόλους, ἀλλ' ἄορας τε καὶ λέβητας αἰτήσειν. Citat & hunc versum *Plut.* de Audit.

8 [f] *Sed quoniam jam mala opera didicit, non volet*
Opus peragere, sed mendicans in populo
Vult petens pascere suum ventrem insatiabilem.
9 ———— [g] *Pecora mali perdunt pastores.*
10 ———— *Nidor ascendit,* [h] *cithara verò*
Sonat, quam convivio Dii fecerunt comitem.
11 [i] *Tolerans mihi animus, quoniam mala multa passus-sum*
Undis & bello; ad illa etiam hoc accedat.
12 [k] *Ventrem nullatenùs licet occultare avidum,*
Improbum, qui multa mala hominibus dat:
Cujus gratiâ & naves benè-transtratæ apparantur
Pontum in vastum mala inimicis ferentes.

[f] *Prov.* 19. 24. Abscondit piger manum suam in sinu, nec ad os suum applicat eam. [g] *Ezech.* 34. 2. &c. Væ pastoribus— Adipem comeditis, & lanam induitis, quod optimum est mactatis, gregem non pascitis, &c. *Joh.* 10. 12. Mercenarius & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & deserit oves, & fugit; & lupus rapit & dispergit oves. [h] *Sirac.* 32. 5. Concentus musicorum in convivio vini. [i] *Rom.* 5. 3, 4. Afflictio tolerantiam parit, tolerantia vero experientiam, experientia autem spem. [k] *Eccl.* 6 7. Omnis labor hominis est propter os (*& ventrem*) ejus.

---

glubere; imò deglutire: quem propterea rectiùs Δημοβόρον βασιλῆα voces quam ποιμένα λαῶν. Siquidem βασιλεὺς ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται (τῶν βασιλευομένων) ὥσπερ νομεὺς προβάτων·

ϐάτων· ὅθεν καὶ Ὅμηρος τὸν Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν εἶπε. *Arist.* Eth. 8. 11. Potest etiam aliter hic locus intelligi de eâ corruptelâ, quæ ex malis moribus & exemplo principum ad populos dimanat. Siquidem *Componitur orbis Regis ad exemplum*, &c. *Claudian* & Φιλεῖ ἀεί πως τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῷ τοῦ ἄρχοντος γνώμης βίου. *Herodian.* Reges, ergo et pastores populorum, si mali sint, vitia sua transfundunt in gregem, nec solùm ipsi corrumpuntur, sed etiam alios corrumpunt, & plùs exemplo quàm peccato nocent. Sic *Seber.* (Florileg. Græcolat. è Poetis Epic.) hoc hemistichium ἀλληγορικῶς παραφράζει, Μῆλα κ. φ. ν. *Magistratus mali corrumpunt subditos.* Quid quod populus interdum luit peccata principis: atque hoc etiam sensu, Μῆλα κ. φ. ν. *Oves istæ quid*— quærebat olim & querebatur Pastor, bonus an malus? *malus* certè tum cùm *perdidit gregem* (Vid. *Il.* α. Ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς Νοῦσον, &c.) tametsi aliàs bonus. Fortean & hùc referri poterit illud *Socratis* apud *Xen.* Memorabil. l. 5. Πρόβατον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἦν κακῶς ἔχῃ, τὸν νομέα αἰτιώμεθα.

k *Athen.* l. 14. ubi sic legitur, Φόρμιγγος δ' ἦν ἀυτή, &c. Alibi φόρμιγξ dicitur ἀυτὴ συνήορος. Hinc Βρομίαν φόρμιγγα dictam putat Schol. q. τὴν συναναστρεφομένην τῷ Διονύσῳ apud Pind. Nem. 6. quò & hunc *Homeri* versum adducit. Φόρμιγγος δ' ἦν ἀυτή, &c. ¶ Ἀνήνοθεν, ἀνέρχεται, ἀναφέρεται, ἀναβαίνει. Præt Med. à verbo inusit.: ἀνέθω, pro ἀναθέω· ἤνοθα, ἀνήνοθα, unde decompos. ἐπενήνοθα, *Il.* β. à simplici ἔθω, h. e. θέω *curro* (uti volunt Grammat.) ἐνέθω, ἤνοθα, per gemin. Att. ἐνήνοθα, ἐπενήνοθε. Ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.

n Hæc est ὀφθαλμοδουλεία, quam damnat Doctor Gentium. Sed nimirum ità plerumque fit. Πολὺ λώϊον ἄνδρες Ἔργῳ ἐποίχονται ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτες. *Q. Calab.* l. 12.

13 n Δμῶες δ', εὖτ' ἂν μηκέτ' ἐπικρατέωσιν ἄνακτες,
Οὐκ ἔτ' ἔπειτ' ἐθέλουσιν ἐναίσιμα ἐργάζεσθαι.
14 o Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλησι.
15 p Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ.
16 ———— q Ἦ οὐχ ἅλις ἧμιν ἀλήμονές εἰσι καὶ ἄλλοι
Πτωχοὶ ἀνιηροί, δαιτῶν ἀπολυμαντῆρες;

Ὡς πού καὶ βασιλεῦσιν ἐνίσταται ἐν φρεσὶν ἥπερ Αὐτοῖς κηδομένοισι σαώτερος ἔμμεναι οἶκος. *Theocr.* Idyll. 25. Contrà, *Ubi summus Imperator non adest ad exercitum, Citiùs quod non facto'st usus fit, quàm quod non facto'st opus.* Plaut. Amphitr. Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν. *Æschyl.* Pers. Huc spectat notum illud *Persæ* cujusdam apophthegma, Οὐδὲν οὕτω πιαίνει τὸν ἵππον ὡς βασιλέως (seu δεσπότου) ὀφθαλμός. Extat apud *Aristot.* Oeconom. 1. & *Plut.* περὶ π. ά. Quin & hodiè etiam in linguâ nostrâ vernaculâ in adagium cessit, *Oculus domini saginat equum.* Hùc porrò pertinet illa historia de equite quodam *Romano*, qui à Censoribus (*Scipione Nasicâ*, & *M. Popilio*) interrogatus, cur ipse pinguis adeò & obesus equum haberet tam strigosum & macilentum, respondit, *Quoniam ego me curo, equum Statius meus* (servus) *Agell.* l. 4. c. 20.

o *Plat.* de Legg. l. 6. et ex eo *Athen.* l. 6. ubi hi duo versus sic leguntur. Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται ε. Ζ. Ἀνδρῶν, οὓς ἂν δὴ κ. δ. ἦ. ε. Citat & *Clem. Alex.* Strom. 4. & *Longinus* περὶ ὕψους. *Meritò igitur suspecta majoribus nostris fuerunt ingenia servorum.* Tacit. Annal. 14. *Etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur.* Id. Histor. l. 4. Unde lex *Athenis*, Μὴ μαρτυρεῖν τοὺς δούλους. *Terent.* Phorm. *Servom hominem causam orare leges non sinunt, neque testimonii dictio est.* quia sc. servum pecus plerumque sublestæ fidei, & quomodocunque tractaveris, vix frugi erunt. Ἀντιέμενοί τε γὰρ ὑβρίζουσι, καὶ κακοπαθοῦντες ζῶντες ἐπιβουλεύουσι. *Aristot.* Polit. 2. 7. Οὔποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν. *Theogn.* Unde illud in Pirke Abboth. מרבה עבדים מרבה גזל *Qui multiplicat servos, multiplicat rapinam.* (Δοῦλος à δόλος.) Et notum illud proverb. *Quot servos habemus, tot hostes.* Extat apud *Sen.* Epist. 47. & *Macrob.* Saturnal. l. 1. c. 11. Δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ. Incert. apud

Sunt tamen qui ab ἀνθέω *floreo* nescio quomodo deducunt.

[l] Quò plus est passus, plus patietur homo. Est nempe unum genus fortitudinis, quod experimentale vocat Philosophus, vel διὰ τὴν ἐμπειρίαν. Eth. 3. 8. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ Ἐμπειρία περὶ ἕκαστα ἀνδρεία τις εἶναι.

[m] *Clem. Alex.* Strom. 6. ubi pro ἀποκρύψαι legit ἀποπλῆσαι. *Pind.* Isthm. 1. Γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων λιμὸν αἰανῆ τέτακται. *Alexis* apud *Stob.* Μάθοις ἂν οἷον ἀνθρώποις κακόν ἐστιν ἡ γαστὴρ, διδάσκει δ' οἷ', ἀναγκάζει δ' ὅσα. Νῦν δὲ ἄρα καὶ τὴν γαστέρα θεραπεύειν, ἐς τάδε ἀποσκοπῶν Ὅμηρος, καὶ ὡς πάντα δεύτερα αὐτῆς ποιεῖται, θαυμασίως οὐλομένην ὠνόμασεν. *Heliodor.* Hinc expressum & illud *Euripidis* juxta *Clem. Alex.* Strom. 6. Νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ κακῶς τ' ὀλουμένη Γαστὴρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά. Priorem tamen istum senarium Νικᾷ δὲ, &c. *Stob.* citat ex *Diphilo.* Γαστέρα δὲ τοῖς πολλοῖς ἀπορρίψαντες ὡς πικρὰν δέσποιναν καὶ ἀπόπλυστον, πάντων κακῶν μητέρα. *Nazian.* Stelit. 1. in *Julian.* *Cum ventre humano tibi negotium est; nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec ullâ prece flectitur populus esuriens.* Sen. de Brevit Vit. ad quæ verba hos *Hom.* versus adducit *Lipsius.* Vid. supr. *Od.* ο. Ἀτρύγετος *sterilis, infructuosus,* q. ἀτρύγητος per Systolen, παρὰ τὸ μὴ τρυγᾶσθαι, ἄκαρπος· unde εἰς ὕδωρ, vel εἰς πόντον σπείρειν, pro *frustra laborare,* & *sine spe fructus,* Μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔσθ' ἐνὶ πόντῳ. Phocyl. junior. Et Ἅλιος *Marinus* & *Vanus,* quia sc. *mare* ante inventam navigationem sterilis res & *inanis.* Vel à τρὺξ, γὸς, *fæx, fundum*: παρὰ τὸ τρύγα μὴ ἔχειν, q. *profundus,* aut potiùs *fundo carens,* ἄβυσσος.

13 [l] *Servi, quando haud ampliùs* instant & *imperant domini,*
Haud ampliùs deinde volunt suo officio fungi.
14 [m] *Dimidium enim virtutis aufert altitonans Jupiter*
Viro, quo primùm die servus is esse incipit.
15 [n] *Pudor non* est *bonus egeno homini mendico.*
16 *An non satìs nobis vagabundi sunt & alii*
Mendici molesti, conviviorum destructores?

[l] *Col.* 3. 22. Servi, obedite dominis, non ad oculum servientes.

[m] *Prov.* 29 19. Verbis non emendatur servus: qui tametsi percipiat, non obsequitur.

[n] *Luc.* 11. 8. Si ille perseveraverit pulsans, —etsi non dabit illi surgens, eò quòd amicus sit, tamen propter improbitatem ejus (seu *impudentiam* ἀναίδειαν) surget, & dabit illi. *Sirac.* 40. 30. Impudentis ori dulcis est mendicatio.

---

apud *Stob.* Vid. tamen Apologiam pro servis apud *Sen.* totâ illâ Epist. jam laudatâ; ut & apud *Macrob.* (ubi suprà) quorum uterque arrogantiæ id proverbium incusat, *Tot hostes, quot servos.* Δούλιον ἦμαρ περιφραστικῶς, ἡ δουλεία, ut ἐλεύθερον ἦμαρ, ἡ ἐλευθερία — Ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας. *Il.* ζ.

[p] Citatur hic versus à *Platone* in *Charmide,* ubi pro προσέκτῃ legitur παρεῖναι. Et habetur apud *Hesiod.* cum levi mutatione, Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 1. ubi *Proclus,* Τοῦτον καὶ τὸν ἑξῆς στίχον (sc. Αἰδὼς ἥ τ' ἄνδρας, &c.) παρεμβεβλῆσθαι ληφθέντας ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Πλούταρχος εἶπε. *Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.* Horat. *Homo inutiliter verecundus.* Sen. de Benef. 2. *Stultitia est ista, non pudor.* Terent. Sed vid. inprimis *Plutarchum,* qui egregium scripsit libellum περὶ Δυσωπίας, h. e. *De malo & vitioso pudore.* Αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ. *Hesiod.* Est igitur Αἰδὼς ἀγαθὴ, & Αἰδὼς οὐκ ἀγαθή· ¶ Hinc duplex etymon hujus vocis apud Græcos, Αἰδὼς, ἡ μὲν καλὴ παρὰ τὸ ἀεὶ τὸ δέον ἔχειν· ἡ δὲ κακὴ παρὰ τὸ ἀεὶ ἐνδείας αἰτία εἶναι. *Eustath.* ad *Iliad.* θ. Vid. plura in hanc rem ad illum versum. *Il.* ω. Αἰδὼς, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι. Αἰδὼς igitur quæ μέγα σίνεται, & in vitio ponitur,

 dicitur

dicitur παρὰ τὸ αἰεὶ δεῖσθαι, quòd homines nimirum modesti & verecundi semper indigeant. *Sen.* De Benef. l. 2. *Multi sunt, quos liberales facit frontis infirmitas* (h.e. αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ, seu δυσωπία) at plures, quos pauperes. Et *Semper eris pauper, si pauper es* atque modestus. Mendicum certè oportet inprimis perfricare frontem, & graviter esse impudentem, ni velit vacuam semper gestare peram, & esuritioni strenuè operam dare. Et ut Αἰδὼς est mendici vitium, ità Ἀναίδεια (*impudentia* seu *importunitas*) est virtus orationis, saltem illius quæ ad Deum funditur, quæ quò importunior, eò melior gratiórque: ut non mirum si à philosopho ex virtutum albo expungatur ἡ αἰδὼς, utpote cujus contrarium, sc. ἡ ἀναίδεια aliquando in laude ponitur, & pro virtute habetur. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ ὀχληρὸν εἶναι καὶ θρασὺν· οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον. *Lucian.* in *Timon.* ubi doctiss. *Barleus, Verè dictum à vatum principe*, Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ, &c. *qui versus legitur Odyss.* ρ. *& citatur à Platone in Lachete*, imò in *Charmide*, ut supra diximus. ¶ Κεχρημένῳ hìc absolutè, & sine casu: plerumque verò cùm genit. sequenti. Προΐκτης (vox *Homero* peculiaris, qui & ipse,

17 [r] Τίς γὰρ δὴ ξεῖνον καλεῖ ἄλλοθεν αὐτὸς ἐπελθὼν
Ἄλλον γ', εἰ μὴ τῶν οἳ δημιοεργοὶ ἔασιν,
Μάντιν, ἢ ἰητῆρα κακῶν, ἢ τέκτονα δούρων,
Ἢ καὶ θέσπιν ἀοιδὸν, ὅ κεν τέρπῃσιν ἀείδων.
Οὗτοι γὰρ κλητοί γε βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Πτωχὸν δ' οὐκ ἄν τις καλέοι τρύξοντα ἑαυτόν.
18 ———— [s] Τὸν ξεῖνον ἄνωγας ἀπὸ μεγάροιο δίεσθαι
Μύθῳ ἀναγκαίῳ, μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειε.
Δός οἱ ἑλὼν, οὔ τοι φθονέω, κέλομαι γὰρ ἔγωγε.
19 ———— [t] Ἐπεὶ βασιλῆϊ ἔοικας,
Τῷ σε χρὴ δόμεναι, καὶ λώϊον ἠέ περ ἄλλοι.
20 ———— [u] Οἱ δὲ διδοῦσι
Μαψιδίως, ἐπεὶ οὔτις ἐπίσχεσις, οὐδ' ἐλεητὺς
Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι, ἐπεὶ πάρα πολλὰ ἑκάστῳ.
21 [x] Ὦ πόποι, οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν.
22 [y] Οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης.
23 [z] Οὐ μὰν οὐδ' ἄχος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, οὐδέ τι πένθος,
Ὁππότ' ἀνὴρ περὶ οἷσι μαχειόμενος κτεάτεσσι
Βλήεται, ἢ περὶ βουσὶν, ἢ ἀργεννῇς ὀΐεσσιν.

[r] *Max.Tyr.* Differt. 40. Ὅμηρος--θαυμάζει τούτους ὡς μόνους σοφοὺς, Μάντιν ἢ ἰητῆρα, &c. Concinit **Empedocles** apud *Clem. Alex.* Strom. 4. & *Theodoret.* Cur! Græc. Affect. l. 8. ubi μάντεις, ἀοιδοὺς, καὶ ἰατροὺς celebrat tanquam tria sapientissima hominum genera, & quorum animæ in Deos transeunt. Εἰς δὲ τέλος μάντεις τε καὶ ὑμνοπόλοι καὶ ἰητροὶ, Καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται, Ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι. Ἢ καὶ θέσπιν ἀοιδὸν] *Aristot.* Polit. 8. 3. hunc versum sic legit, Οἳ καλέουσιν ἀοιδὸν, ὅ κεν τέρπῃσιν ἅπαντας. Ὅ κεν τέρπῃσιν] Musica siquidem seu cantilena τῆς ἡδονῆς χάριν inventa, & ad τέρψιν seu oblectationem comparata est. Unde *Terpsichore* una ex Musis, & *Terpander* insignis ille Musicus pariter & Poeta, & fortè *Terpnus* Neronis citharædus apud *Sueton.* nomen obtinuere. *Aristot.* ejusdem libri cap. 5. Τὴν δὲ μουσικὴν πάντες εἶναί φαμεν τῶν ἡδίστων, καὶ ψιλὴν οὖσαν, καὶ μετὰ μελῳδίας. Φησὶ γοῦν καὶ Μουσαῖος, verùs & vetus sc. ille *Musæus*, *Orpheo* æqualis, *Homero* antiquior, de quo *Virgil. Musæum ante omnes.* Is enim, cujus hodiè extat Erotopægnium *Herûs* & *Leandri*, citerioris ævi Grammaticus fuit, nec ante seculum quintum floruit, quippe σύγχρονος ferè *Nonno Panopolitæ*, ejúsque imitator, (uti pridem observârunt Critici) adeóque *Homero* tum ætate tum dignitate longè inferior; utcunque eum *Homero* præferre non dubitet *Hypercriticus* ille *Julius Scaliger*, à cujus judicio hâc in re palam

si musis placet, προΐκτης fuit.) *Mendicus*, πτωχὸς, προσαίτης, à προΐκα-ίξω (unde προῖξ donum) q. προϊκέτης, à *ventitando*, ut ἱκέτης *supplex*, ab ἵκω vel ἵκομαι. *Eustath.* tamen pauló aliter Προΐκτης ὁ προϊκετεύων ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τι, ἢ ὁ προῖκα ζητῶν λαβεῖν.

q ¶ Ἧμιν pro ἡμῖν, ut alicubi sæpiusculè apud *Hom.* Ἰωνικῶς καὶ Ἀττικῶς (inquit *Eust.*) ἀναπεμπομένου τοῦ τόνου συνεσταλη ἡ λήγουσα. Πτωχοὶ ἀνιηροὶ, &c.] Elegans character mendici, qui & occurrit suprà in sing. num. Πτωχὸν ἀνιηρὸν, δαιτῶν ἀπολυμαντῆρα· ubi *Eust.* Δαιτῶν ἀπολυμαντὴρ, ὁ τὰς δαῖτας διὰ λαιμαργίαν λυμαινόμενος· ἢ τὰ τῶν δαιτῶν λύματα (h.e. *sordes, retrimenta, reliquias*) ὅ ἐστι καθάρματα, οἷον ψιχία, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἀποξεσμένος· ὁποῖος καὶ ὁ ἀκόλως αἰτίζων. Quanquam etiam in autorem (*Antinoum*) retorqueri potest hoc scomma. Ipsi enim illi *nebulones, sponsi* Penelopes, δαιτῶν ἀπολυμαντῆρες, & *fruges consumere nati*: proci, *Epicuri de grege porci*. Sed & δαιτῶν ἀπολυμαντῆρες non immeritò vocentur gluttones seu helluones quicunque & ὀψοφάγοι, quales passim describit *Athenæus*, & alicubi etiam non semel *Martialis*.

17 *Quis enim hospitem vocat, aliunde ipse cùm adveniat,*
Alium, nisi unum fortè *horum qui publici-artifices sunt,*
Vatem sc. *vel medicum malorum, vel fabrum lignarium,*
Vel etiam [nn] *egregium musicum, qui delectet canendo?*
Hi enim potissimùm *invitari solent præ* aliis *hominibus super*
(*latam terram* viventibus.
Mendicum verò haud quisquam invitaverit vexaturum se.
18 ———— ———— [o] *Hospitem jussisti è domo expellere*
Sermone duro, neutiquam hoc faxit Deus:
Cape aliquid, & da ei, non equidem invideo, jubeo enim ego.
19 ———————— [p] *Quoniam regi similis es,*
Ideò te oportet dare, & melius quàm alii.
20 ———————— *Hi autem dant*
Temerè, quia nulla prohibitio, neque misericordia
Ex alienis largiri. quoniam adsunt multa singulis.
21 [q] *Papæ! non utique tibi pro formâ* quâ polles *prudentia est.*
22 *Haud tu ex domo tuâ ei-qui-à-te-mendicaverit, vel salē de-*
23 *Certe quidem neque dolor est in animo neque luctus,* (*deris*
Quando vir pro suis pugnans possessionibus
Sauciatus fuerit, vel pro bobus, vel pro albis ovibus.

nn 1 *Sam.* 16. 17. Providete mihi aliquem benè psallentem (seu *peritum musicum*) *Eccles.* 2. 8. Comparavi cantores & cantatrices, & humani generis delicias.

o *Heb.* 13. 2. Hospitalitatis nè estote immemores.

p 2 *Sam.* 24. 23. Omnia hæc Arauna tanquam rex (seu *regio more*) regi dedit.

q *Prov.* 11. 22. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.

---

palam & ἀπροσφαστικῶς dissentit *Josephus* filius (Epist. 247. quæ est ad *Cl. Salmasium*) nec non *C. Barthius* (idque non sine indignatione, Advers. 47. 22.) *J. Ger. Vossius* (lib. de Poetis Græc.) & quis non eruditorum? Φησὶ γοῦν Μουσαῖος (inquit ibi *Aristot.*) εἶναι βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν. Ita enim scribendum arbitror, ut sit hemistichium versus heroici; siquidem Epicus erat Poeta *Musæus*. Δημιουργοὶ in prosâ —ουργοὶ propriè *opifices publici*, seu *mercenarii*, οἱ χειροτέχναι, ἤγουν οἱ δημοσίᾳ ἐργαζόμενοι ἐπὶ μισθῷ. (*Eust.*) Etiam ad artes & operas parum honestas significandas per Euphemismum usurpatur hæc vox δημιουργοὶ (ut & δήμιοι)

*Subjungit hic & alios summi viri (*Homeri *sc.) imitatores, quem eruditionis omnis promum condum lubenter agnoscunt antiqui. Rhetoricam ex eo deduxit* Telephus Pergamensis----*ad eum Geographiam refert* Strabo; *ad eum Astronomiam. Et Poetæ patrem suum non inviti appellant, &c.*

Langius Jo. Epist. Medic. l. 1. Ep. 41.

Zoilus *Homeromastix editis aliquot libris* Homerum *omnifariæ doctrinæ fontem apud* Ptolemæum *Ægypti regem calumniatus est.*

Lascaris Const. Carm. Εἰς τὸν Ὅμηρον.

——— Διὸς ἔκγονος, ἔδρακεν ὅσσα
Γαῖα, θάλασσα, ἀὴρ, οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει.
[Non ergo, quicquid fama mendax finxerit,
Τυφλὸς γ᾽ Ὅμηρος, οὔτε νοῦν, οὔτ᾽ ὄμματα.]

Lemnius Si. Præfat. in Odysseam ad *Ann. Montmor.*

Crede mihi, jactat nil Græcia *majus* Homero.
[Et paucis interjectis]
Smyrnæi *campos miratur* Græcia *vatis,*
Hoc etiam obstupuit decolor Indus *opus.*
Cantaber, *& gelidi Boreâ novere* Geloni,
Quique bibit Nili *fontibus amnis aquas.*
Exemplis meliùs magno docet ille Platone,
Atque Stagiritæ *clariùs arte senis.*

Leo Allat. Ep. Ded. præfixâ Libello de patriâ *Homeri.*

In earum (literarum) splendore velut primas ante alios tenens, caput non sine omnium admiratione extollit Homerus.

Id. ejusdem libri cap. 4.

Nemo ante Homerum *Poeta, nemo posteà ad eum.* Nec omittendum elegans illud de *Homeri* Patria Anagramma, quod ex *Hieron.* Genuino ibidem c. 14. affert idem vir doctissimus,

Homerus Poeta, Iliados & Odyssea Auctor.
Mire Vates, ô decus, ô sola Chii patria laus.

Leopardus

Emendat. l.19. c.14.

Homeri *versus olim adeò erant noti, ut ex hemistichio facilè totus locus intelligeretur, erantque plerique proverbiales.*

Libanius

Exempl. Progymnasm.

Πᾶσιν οὖν οἶμαι δεῖν βοηθεῖν τοῖς ποιηταῖς, Ὁμήρῳ δὲ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων δίκαιον, κοινῷ προγόνῳ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας γεγενημένῳ.

Id. in Parasito ἀδείπνῳ.

Ὦ θειότατε ποιητῶν Ὅμηρε, πάντα μέν σοι σὺν ἀληθείᾳ πεποίηται, &c.

Lilius Gyrald.

De Poet. Hist. Dial. 2. ubi de *Homero.*

Aliquos & hodiè esse videmus, qui audent (quod dicitur) os in cœlum ponere, ipsúmque Poetarum Deum in ordinem nunc demùm redigere.---- Et aliquantò pòst. *Cætera* Homeri *carmina collegit* Herodotus *&* Suidas. *Sed inter omnes præcipuè celebrata* Ilias *&* Odyssea, *in quibus totius Philosophiæ & artis Oratoriæ, nec non Poetices lumina conspiciuntur.*

Id Dial. 6.

Sed enim Homerus, *qui omnis Poeticæ largissimus fons est,*

est, his carminibus (Tragicis sc. Comicísque) exempla præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit, qui Iliadem *instar Tragœdiæ*, Odysseam *ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur.*

Lipsius Manud. ad Stoic. Philos. l. 1. Dissert. 4.

Optimus vatum.

Idem Notis ad *Velleium Paterculum* [ubi ad luculentum & illustre illius Historici de *Homero* testimonium hæc habet.]

Amo, amo te, Vellei, *ob hæc judicia. Ille verò non summus solùm Poetarum, sed solus; nam quis aliorum non peccat?* [Et mox post citata *Aristotelis* & *Platonis* de *Homero* testimonia, hæc addit.] *Alios quid cumulem? Nemo tam consentienti judicio sapientum omnis ævi laudatus est, &c. ab iis maximè, qui ipsi laudatissimi. Abi igitur imperitia. aut livor, tu capere, tu carpere non potes immortalem hanc cœlestémque naturam.* [Insigne hoc summi, acutissimíque Critici de Poeta nostro judicium atque testimonium; & quod instar multorum sit. Quod ergo ille *Velleio* suo, quidni & ego illi, Amo, amo te, *Lipsi*, ob hæc judicia, &c]

Id. ibid.

Homerus *primus doctrinarum & antiquitatis parens; nec post eum natus, qui germanitùs exprimeret aut referret. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solùm sed sapientiæ vestigia aut expressa, aut recondita sunt in illo.* Et post pauca. *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æstimare, sed venerari, nec venerari, sed pœnè dicam, adorare.*

Livius Hist. l. 37.

Agrum opulentum, quem vocant Thebes *campum,* Homeri *carmine nobilitatum.*

Longinus

Περὶ Ὕψους.

Τὸ Ὁμήρου παρεικάζει μεγαλοφυὲς ἐν τῷ (Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει) τὸ ἐπ' οὐρανὸν ἀπὸ γῆς διάστημα· καὶ τοῦτ' ἂν εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς ἔριδος, ἢ Ὁμήρου μέτρον. [Fuit præterea *Longinus* iste, Criticus & Rhetor insignis, *Homeri* studiosissimus: scripsit enim Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. Προβλήματα Ὁμήρου, aliáque id genus plura.]

Lucanus

Pharsal. l. 9.

Quantùm Smyrnæi *durabunt Vatis honores,*
Venturi me, téque legent.———

Lucianus

Jove Trag.

Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γενέσθαι; καὶ μάλα, &c.

Id. Ver. Hist. l. 2.

Ποιητῶν δὲ τῇ μὲν ἀληθείᾳ παρὰ πολὺ ἐκράτει Ὅμηρος.

Id. Demosth. Encom.

Οὐδ' Ὅμηρος ἐλλιπὴς ἀντιθέσεων, ἢ παρισώσεων, ἢ σχημάτων τραχύτητος, ἢ καθαρότητος, ἀλλ' ἔοικε φύσει ὑπάρχων τῇ δυνάμει τὰς ἀρετὰς ἐπιπλέκεσθαι.

Lucretius

Lib. 3.

Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
Sceptra potitus ——— & alibi
——— *semper-florentis* Homeri.

Lycurgus

Orat. adversus *Leocratem.*

Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν· οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητήν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων, μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη.

Lydiatus Disquis. Physiol. de Orig. fontium, &c.

Ethnici Philosophi in unius Homeri *poesi omnium artium principia quærunt.*

Macrobius In Somn. *Scip.* l. 2. c. 10.

Homerus *divinarum omnium inventionum fons & origo.*

Id. Saturn. l. 5. c. 3.

Tria hæc ex æquo impossibilia judicantur, vel Jovi *fulmen, vel* Herculi *clavam, vel versum* Homero *subtrahere.*

Ibid. c. 13.

Non est erubescendum Virgilio, *si minorem se* Homero *vel ipse fateatur.*

Ibid. c. 16.

Homerus *omnem poesin suam ità sententiis farsit, ut singula ejus ἀποφθέγματα vicem proverbiorum in omnium ore fungantur.* Et post pauca. *Fortunam* Homerus *nescire maluit, & soli Deo, quem μοῖραν vocat, omnia regenda committit, adeò ut hoc vocabulum τύχη in nullâ parte* Homerici *voluminis nominetur.*

Magius Hier. Miscellan. l. 3. c. 1.

Princeps Poetarum habitus semper est Homerus. Et iterum. *Illud accidit, quòd* Homerus *pro Deo est habitus, cui & templa dicata sunt, &c.*

Majoranus Præfat. in *Eustath.* Rom. Edit. præfixâ, ad Jul. 3. P. M.

Itáque nemini mirum videri debet, nullum esse magni nominis vel Græcum vel Latinum scriptorem, qui vel maximum Philosophum, clarissimum Poetam,

eloquentiæ parentem, inventionum originem, naturæ conſcium, ingeniorum fontem, vitæ magiſtrum, θεσπέσιον *atque* ἱεροφάντην, *& ſine exemplo maximum,* Homerum *eſſe non prædicavit.*

Majoragius

Præfat. in *Homeri* Iliad.

Nam & Apollinis *oraculum* Homeri *carminibus ſæpè traditum legimus: &* Philoſophorum *principes*, Plato *atque* Ariſtoteles, Homeri *teſtimonio frequentiſſimè utuntur; & ab* Homero, *tanquam omnis ſapientiæ fonte, omnes Philoſophantium ſectæ promanârunt. Rhetores* Homerum *ità ſuſpiciunt, ut eum omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dediſſe fateantur. Grammatici, &c.*

Id. ibid.

Qui non Poeticâ *modò, ſed Oratoriâ virtute eſt eminentiſſimus; néque ullum exſtat Opus humanum, quod* Homericæ *poeſi præferendum eſſe videatur.* Et poſt aliquammulta. *Quanta enim temeritatis & impudentiæ fuit* (Zoilum τ̃ Ὁμηρομάστιγα hiſce verbis perſtringit) *eum damnare Poetam, quem omnes certatim ſapientes ſummis in cœlum laudibus ferunt, quem omnes ſuſpiciunt, admirantur, ſemper in manibus habendum cenſent, &c.* [Vid. integram illam Præfationem τοῖς φιλομαθέσι lectu digniſſimam.]

Manilius

Aſtronom. l. 2.

——— *Cujus ex ore profuſos*
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnémque in tenues auſa eſt deducere rivos
Unius fœcunda bonis ———

Martialis

Epigram. l. 5. Ep. 10.

Ennius *eſt lectus ſalvo tibi, Roma,* Marone,
Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.

[Nempe

[Nempe optima quæque ingenia, dum in vivis sunt, præsens ætas aut contemnit, aut fastidit, aut livore prosequitur.

Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, *mores,*
Præferat antiquos semper ut illa novis.

uti ibidem queritur idem vates *Bilbilitanus. Et* Horat. Virtutem incolumem odimus, &c. *Et* (ni fallor) *Tacitus,* Vetera in laude, præsentia in fastidio sunt.]

Martianus Capell. De nupt. Philolog. l. 1.

Poetæque præcipuè Euagrium [vel potiùs, emendante Grotio, *Oeagrium, Orpheum* sc. *Oeagri* filium] *citharistam secuti, cæcutientísque* Mæonii *suaviloquam senectutem, &c.*

Martinius M. In Lex. Philolog. voce *Homerus.*

Homerus Poeta *inter Græcos celeberrimus, de cujus patria diversæ urbes certant,* (*Athenæ. Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chios, Argos,*

Max. Tyrius Dissert. 16.

Ἔγωγε εἰς τὰς Ὁμήρου φωνὰς ἐμπεσὼν οὐκ ἔχων παρ᾽ ἐμαυτοῦ τὸν ἄνδρα ἐπαινέσαι, ἀλλὰ κἀνταῦθα δεήσομαι αὐτοῦ ἐπιδοῦναί μοι τῶν ἐπῶν, ἵνα μὴ διαφθείρω τὸν ἔπαινον ψιλῷ λόγῳ, ἔξοχα δή σε βροτῶν, ὦ Ὅμηρε, αἰνίζομ᾽ ἁπάντων. Ἢ σέ γε μοῦσ᾽ ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γ᾽ Ἀπόλλων. Ibid. aliquantò póst. Ὅμηρος μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας ὁ ἡγεμὼν τοῦ γένους. Et interjectis nonnullis. Καὶ οὐδὲν μέρος Ὁμήρῳ ἄθεον, οὐδὲ δαιμόνων ἄπορον, οὐδὲ ἀρχῆς ἔρημον· ἀλλὰ πάντα μεστὰ θείων ὀνομάτων, καὶ θείων λόγων, καὶ θείας τέχνης.

Melancthon Serm. de corrigendis Studiis.

Homerus *Græcis fons omnium disciplinarum.*

Id. in Encomio Eloquen.

Jam quæ scena res humanas veriùs repræsentavit, quàm Homeri *carmen? ut fieri nequeat quin obiter & rerum admiratione tangamur, cùm dictionem consideramus. Offerunt sese ultrò spectanda morum exempla, &c. Mihi quidem omnium, quæ hominum ingenia peperêre, nullum prudentius* Homerico *scriptum videtur.*

Minos Cl.

Commentar. ad Emblem. *Alciat.*

Sic enim Homerus ingeniorum vertex *quatuor illa prima* στοιχεῖα *inter se pugnantia, & sese mutuò producentia effinxit, sub nominibus* Jovis, Junonis, Neptuni, *&* Plutonis.

Modius F.

Præfat. in Lect. Novantiqu. suas.

Rectè ut hæc quóque inter se conjunxisse videatur princeps & deus Poetarum, cujus est illud, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Moschus

Idyll. 3.

——————Ὅμηρος
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα——

Muretus

L. 2. Orat. 12.

Nemo unquam repertus est, qui Homerum *præcipuum esse inter Poetas negaret.*

Musurus M.

Epist. præfixâ Etymolog. magno.

Οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν πάντων Ὁμήρῳ, παρ' τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ σπέρματα παρέσχοντι τοῖς ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει σοφοῖς.

Natalis

Natalis Com. Mythol. l. 1.

In hoc rursus hi Poetæ omnes conveniunt, quòd omnibus idem scopus, & ad unum finem omnem omnium intendunt, ut homines meliores efficiant. Idcircò Homerus *ut prudentem atque omnibus virtutibus cumulatum* Ulyssem *effingens, &c.*

Neander M. Ep. Nuncup. *Luther*. Catech. Græcolat. præfixâ.

Homerus *Poetarum rex divinissimus, fons ingeniorum, primúsque doctrinarum & antiquitatis omnis parens.*

Idem Ep. Nuncup. *Tryphiodoro* suo præfixâ.

Homerus *ingenii cælestis vates. Pictor ipse sapientissimus, ac mirabilis architectus, multisciúsque, seu potiùs cunctarum rerum apprimè peritus* --- βασιλεὺς ποιητῶν θειότατος, *& de cujus amplissimis & splendidissimis cœnis omnes scriptores saturati, suas quísque particulas ad suos quosdam usus inde sibi decerptas domum retulerunt.* Et paulò póst. *Veteres námque Reges etiam & principes* Homeri *scripta omnium fecerunt maximi, ut Poemata de virtute ac justitiâ conscripta, quæ ut vitæ ac morum, denique consiliorum, & actionum omnium normam ac regulam, sibi sequenda in omni vitâ existimabant. Ea adeò etiam familiaritèr ipsis nota fuisse, ex* Plutarcho, *&c. liquet; ut versus* Homericos *in omni vitâ, in omni sermone, quodcúnque etiam dicere vellent, ad quascúnque res, casus & eventus, qui in vitâ evenire solent, paratos ad manus & in numerato semper haberent.*

Nonius Marc. In voce *Sifilare.*

Hujus rei auctor est venerabilis Homerus, *Il.* 14.
'Αλλ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε.

Nicetas

Nicetas Chon. — In Historiâ Gr. Imper.

[Summus (ut videtur) *Homeri* admirator, & imitator sedulus, nè dicam superstitiosus. *Homericas* enim tum voces tum phrases passim usurpat (quod mirum) etiam in soluta oratione. Unde hæc *Hier. Wolphii* de eo censura in Annotationibus.] *Aptior fuisset* Choniates *scribendo* Poemati, *quàm historiæ, propter* Homeri *diligentem imitationem.*

Nonnus — Dionys. Lib. 13.

——Καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω,
Εὐεπίης ὅλον ὅρμον.

Origenes — Contra Celsum l. 7.

Ὁ τῶν ποιητῶν ἄριστος Ὅμηρος.

Id. Philocal. c. 19.

Ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος.

Orosius — Histor. l. 1.

In quo bello per decem annos cruentissimè gesto quas naves, quantósque populos idem turbo involverit atque afflixerit, Homerus *Poeta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit.*

Ovidius — Amor. l. 1. Eleg. 8.

Aspice Mæoniden, *à quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Palingenius M. — Zodiac. Vit. l. 1.

Carminibus quamvis possis æquare Maronem,
Mæoniíque *senis divinos reddere cantus.*

Panætius

Panætius — Apud *Ciceronem* Tusc. l. 1.

Plato à Panætio Homerus *Philosophorum appellatur, i. e. (*interprete *Phil. Pareo,* in Lexic. Critic.*) princeps & præstantissimus.* Ità enim

Pareus Phil. — Lexic. Critico.

Homerus *pro principe & præstantissimo, sicut &* Rossius.

Idem Narr. Hist. De vita & ob. D. *Davidis Parei.*

Ut ἀπὸ τῆς παρειᾶς *nomen* Pareus *denominativè formaverit* ὁ Παρεῖος, *sicut à Vatum maximo* Homero καλλιπάρῃος Ἀθήνη *nominatur.* [Ubi tamen μνημονικὸν ἁμάρτημα à doctissimo viro admissum. Nec enim hoc epitheton *Minervæ* unquam tribuit Poeta, sed vel *Helenæ,* vel *Briseidi,* vel si fortè alii.]

Pareus Dan. — Spicileg. in *Quintil.*

De cujus eloquentissimâ Rhetoris patriâ non secus inter scriptores disceptatur, atque olim de maximo illo Vatum Homero *contendebant septem illæ famigeratissimæ urbes,* Smyrna, Rhodos, Colophon, &c,

Paschalius C. — In Legato c. 8.

Antiquissimus ille antistes sapientiæ (Homerus *sc.*) *describens* Thersitem, *&c.*

Patricius F. — Epist. ad Senat. *Senens.* præfixâ Libb. de Repub.

Homerum *inprimis, qui* Poetarum *parens fuit, & omnium disciplinarum dux.*

Id. ejuſdem Operis l. 2. tit. 6.

Homerus *námque & Virgilius tantam ſibi laudem vendicârunt, ut nè ſpem quidem poſteris reliquerint, non modò ad parem laudem adæquandam, verùm ad imitationem, ac ſimilitudinem obtinendam.*

Paterculus

Hiſt. l. 1.

Clariſſimum deinde Homeri *illuxit ingenium, ſine exemplo maximum, qui magnitudine operum & fulgore carminum ſolus appellari Poeta meruit; in quo hoc maximum eſt, quòd néque ante illum, quem ille imitaretur, néque poſt illum, qui eum imitari poſſit, inventus eſt.* [Inſigne elogium, de quo vid. Lipſium ad locum.]

Paulus Silent.

Antholog. Gr. Epigram. l. 3.

———Πιερίδων τὸ σοφὸν ϛόμα, θεῖον Ὅμηρον.

Pauſanias

Meſſen.

Τὰ Ὁμήρου μὲν οὖν ὠφέλιμα ἐγίνετο ἐς ἅπαντα ἀνθρώποις.

Petrarcha

Famil. Epiſt. l. 9. Ep. 2.

Quid enim vir ingenioſiſſimus atque eloquentiſſimus niſi ipſum ingenii, & eloquentiæ fontem & originem (Homerum *ſc.*) *vocat* Ambroſius Macrobius, *& ſi omnes tacerent, res ipſa teſtatur; ſed fatentur omnes.*

Petronius Arb.

Satyric.

———*Det primos verſibus annos,*
Mæoniúmque *bibat felici pectore fontem.*

Philemon

Philemon

Apud *Stobæum* in Eclog.

Τὸν δ' οὐ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρόν,
Μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον·
Τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε·
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' οὐδ' εἷς Ὅμηρον εἴρηκεν μακρόν.

[Hinc testimonium suum de *Homero*, jam suprà laudatum, sumpsisse videtur Nazianzenus.]

Philippus

Antholog. Gr. Epigr. lib. 1. sub personâ *Apollinis*.

Ἤειδον μὲν ἐγὼ, ἐχάρασσε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

Philo Jud.

De Confus. Linguarum.

Ὁ μέγιστος καὶ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος.

Id. l. de *Abrahamo*.

Καθάπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται.

Philostratus

In Heroicis.

Τὸν Ὅμηρόν φησι, ξένε, καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψῆλαι τοὺς ποιητικοὺς τῶν τρόπων, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐφ' οἷς ἐγένετο, ὑπερβεβλῆσθαι πάντας, ἐν ὅτῳ ἕκαστος ἦν αὐτῶν κράτιστος· μεγαλορρημοσύνην τε γὰρ ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν Ἡσίοδον, καὶ ἄλλῳ ἄλλον. Et pauló póst. Ταῦτα πάντα τὸν Ὅμηρον, δαιμονίως ἐξειργάσθαι φησὶ, καὶ τοὺς μὴ ἐρῶντας αὐτοῦ μαίνεσθαι.

Picus Mirand. J.

De hominis dignitate.

Homerus--*Qui ut omnes alias sapientias, ità hanc quòque (sc. Magicam) sub sui* Ulyssis *erroribus dissimulavit.*

Pierius — Hieroglyph. l. 24. c. 5.

Ab elaboratarum autem divitiarum similitudine factum crediderim, ut Homerum Platonici *dixerint in* Pavonem *abiisse, qui tantam rerum varietatem* Poeticis *coloribus ornatam explicuerit.*

Id. l. 34. c. 5.

Hac meliùs ex Homero *declarabantur: Ait is, nullius disciplinæ quantumlibet remotæ nescius,* Jovem *cum reliquis Diis, &c.*

Pindarus — Nem. Od. 7.

Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι
Λόγον Ὀδυσσέος ἢ πάθη
Διὰ τὸν ἁδυεπῆ γενέσθ' Ὅμηρον·
Ἐπεὶ ψεύδεσίν οἱ ποτανᾷ γε μαχανᾷ
Σεμνὸν ἔπεστί τι· σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις.

Plato — Jon.

Ὅμηρος ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν.

Id. de Repub. l. 10.

Ὅμηρος πρῶτος διδάσκαλος καὶ ἡγεμὼν ἁπάντων τῶν καλῶν τῶν τραγικῶν.

Plinius *sen.* — Histor. Nat. l. 2. c. 6.

Ut principi literarum Homero *placuisse video.*

Id. l. 15. c. 2.

Homerus *primus doctrinarum & antiquitatis parens.* *Et* l. 17. c. 5. *Fons ingeniorum.*

Id,

Id. l. 7. c. 29.

Ingeniorum gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operúmque varietatem? nisi fortè Homero, *Vate Græco, nullum felicius exstitisse convenit, sive operis fortuna, sive materia æstimetur. Itáque* Alexander *Magnus inter spolia* Darii *Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmísque ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus——imò herculè, inquit, librorum* Homeri *custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quàm maximè diviti opere servaretur.*

Plinius *jun.*

Epist. l. 5. Ep. 6.

Vides quot versibus Homerus, *quot* Virgilius *arma hic Æneæ, ille Achillis describat: brevis tamen utérque est, qui facit quod instituit.*

Plutarchus

Περὶ Ἀδολεσχίας.

Μόνος Ὅμηρος τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀψικορείας περιγέγονεν, ἀεὶ καινὸς ὤν, καὶ πρὸς χάριν ἀκμάζων.

Id. Lib. de vitâ *Homeri.*

Εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται (Ὅμηρος *sc.*) πάσης λογικῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ' αὐτὸν παρεχόμενος, καὶ οὐ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν πεζῶν λόγων συνθέταις, ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν.

Id. postremis ferè verbis ejusdem libri.

Πῶς ἢ οὐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναθείημεν Ὁμήρῳ, ὅπου καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐπετήδευσε, ταῦτα οἱ ἐπιγινόμενοι ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ κατενόησαν· καὶ χρῶνται μέν τινες πρὸς μαντείαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ Θεοῦ.

Politianus — Præfat. in *Hom.*

Dicturus de Homero *Vate, doctrinarum omnium atque ingeniorum autore & principe, &c.* Et post pauca. *Adeò nimirum sese supra hominum conditionem Vates hic eminentissimus atque incomparabilis attollit, adeóque nihil mortale sonat, ut meritò illi & patria cœlum, & mater esse* Calliope *videri possit.* Et aliquantò póst. *Quid dicam de Philosophia, in quâ nulla est fermè nobilior posterorum scientia, nec opinio celebrata, cujus non in* Poeta Homero *originem agnoscamus.* [Sed & perlegenda integra illa *politissimi* scriptoris Præfatio, quæ inter ejus Opera habetur.]

Polyænus — Procem. ad Strategem.

Δοκεῖ δέ μοι γε ταῦτα συμβουλεύειν Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ᾄδῃ, ἢ δόλῳ, ἠὲ βίηφι, ἄλλως οὐ παραγγέλλει ἢ τέχναις καὶ στρατηγήμασι χρήσασθαι κατὰ τῶν πολεμίων, &c.

Polybius — Hist. l. 6.

Ἦ, καὶ τὸν ποιητὴν ἄν τις ἐπαινέσειε, διότι παρεισάγει τὸν Ὀδυσσέα τὸν ἡγεμονικώτατον ἀνδρῶν, &c.

Pontanus Ja. — Attic. Bellar. Synt. part. 2.

Ubi (post aliquot de Homero elogia.) *Hæc*, inquit, *perpauca de innumeris, quæ de hoc* Poetarum *Deo à Poetis, Oratoribus, Historicis, Philologis, Regibus, Imperatoribus præclarissimè dicta, scripta fuerunt.*

Porphyrius — De antro Nymph.

Λογιζόμενοι — καὶ τὴν Ὁμήρου ὅση τις φρόνησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκρίβεια.

Portus

Portus Fr. Præfat. in suum *Homerum.*

Tanta est Poetæ hujus excellentia, tam multæ variæque virtutes, ut altero sit opus Homero *ad eas non ornandas vel augendas, sed recensendas & enumerandas. Nemo dubitat hunc Vatem omnium præclarissimarum rerum dedisse semina, unde posteà tot artes, tot liberales disciplinæ natæ, auctæ, ac confirmatæ sunt. Ex hoc uno fonte varia genera Philosophorum, quasi ex immenso mari Oceano flumina, &c.* Et pòst aliquammulta. *Tantum dicam, Poetam hunc de genere humano, ac de iis qui artibus dant operam ità esse meritum ut si omnis ætas publico præconio ejus prædicet laudes, nesciam an satis tanto Poetæ sit factura.*

Portus Æm. Præfat. ad Lexic. suum Ionicum.

Homerus *omnes Dialectos per suum Poema dispersas, mixtúmque dicendi genus habet; quod carmen ejus reddit magnificentius, & admirabilius, & insignem Poetæ doctrinam & Poeticæ venæ fælicitatem commendat.*

Priscianus Epist. præfixâ. Libb. Grammat.

Cujus mentem tam Homeri *credo quàm* Virgilii *animâ constare. Quorum utérque arcem possedit Musica, &c.*

Proclus Chrestomath. apud *Photium.*

Τὸ κοινὸν ὄνομα παντὸς τοῦ λόγου τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο, καὶ ἐκλήθη, ἔπος καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος ποιητὴν, καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα ᾠκειώσατο---Γεγόνασι δὲ τοῦ ἔπους ποιηταὶ, κράτιστος μὲν Ὅμηρος, &c.

Propertius — Lib. 2. Eleg. ultim.

Cedite Romani scriptores, cedite Graii,
Nescio quid majus nascitur Iliade.
& alibi
Nec non ille tui casûs memorator Homerus
Posteritate suum crescere sensit opus.

Pyrrho — Apud *Diogen. Laert.* l. 9.

Ἐμέμνητο μάλιστα τοῦ Δημοκρίτου, εἶτα δὲ καὶ Ὁμήρου, θαυμάζων αὐτὸν, καὶ συνεχὲς λέγων, Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Pythagoras — Apud *Jamblich.* de Vit. *Pythag.* c. 25.

Χρῆσθαι δὲ (*solebat sc.* Pythagoras) καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσιν ἐξειλεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς.

Quintilianus — L. 10. c. 1.

Igitur ut Aratus *ab* Jove *incipiendum putat, ità nos ritè cœpturi ab* Homero *videmur. Hic enim (quemadmodum ex* Oceano *dicit ipse amniũ vim fontiúmque cursûs initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem latus ac pressus, jucundus & gravis, tum copiâ, tum brevitate mirabilis, nec Poeticâ modò sed oratoriâ virtute eminentissimus.* Et post nonnulla. *Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nónne humani ingenii modum excedit? Ut magni sit viri virtutes ejus non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi, Verùm hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit.*

Ramus

Ramus — Dialect. Præfat.

Quinetiam cùm Aristoteles *ad perspicuè docendum exemplis uti jubeat,* οἷα Ὅμηρος, μὴ οἷα Χοιρίλος, *qualia* Homerus *non qualia* Chærilus *habeat, nullum ferè præceptum sine popularibus & electis (i.e.)* Homericis *non* Chærilæis, *Poetarum, Oratorum, Philosophorum exemplis institui.*

Rhodiginus — Lect. Antiqu. lib. 16. c. 15.

Literarum parens Homerus.

Ritterfhusius — Notis in *Isid. Pelus.* Epist. l. 4. Ep. 30.

Apud Homerum *Od.* χ. *v.* 348. *est* ἐνέπνευσε. *Etsi autem hic fons ingeniorum & parens eruditionis istud elogium pronunciat sub personâ* Phemii *musici, &c.*

Sabellicus — Ennead. 1. l. 8.

Sed *quocúnque fuit loco natus* (Homerus *sc.*) *quâcunq; ætate, omnium (quod satis convenit) Poetarum fuit eminentissimus, cunctarúmque eloquentiæ partium origo.*

Salmasius — *Plin.* Exercit. p. 855.

His opponit (Horatius *sc.*) *tanquam virtutis Poeticæ perfectissimam ideam unicum* Homerum.

Salmuthus — Comment. in Panciroll. Nov. Repert. l. 2. tit. 10.

*Cujus (*Homeri *sc.) laudes singulas si deprædicare velim, verear nè laborem suscepturus sim inanem, ac prorsus inutilem: cùm nihil hoc aliud videri possit, quàm eum laudare quem nemo vituperat, sed omnes venerantur & suspiciunt. ——Eò quippe provectus est auctoritatis, ut non tantùm* priscæ Poeticæ divinus auctor apud Græcos ab *Apuleio l. 9. sed & contentione summâ* literarum parens & doctrinarum fons *à celeberrimis pronuntietur auctoribus.*

Scaliger Ju.

Poet. l. 5. c. 2.

Homeri *ingenium maximum: ars ejusmodi, ut eam potiùs invenisse quàm excoluisse videatur.*

Id. De Causis L.L. lib. 5.

Id expressit divinitùs aliquando summus Poeta, Τὸ δέ τοι πεπλεσμένον ἔσαι.

Id. in Poem.

Non homines, non me Musæ peperêre, sed à me
Principium Musæ patre tulere suum.

Id. Comment. in lib. *Hippoc.* De Insomniis.

Vel vide Homerum, *vel* Herodoti *memineris; sed quales viros? profectò facilè principes utriúsque orationis; utrúmque verò etiam sapientem; Nam &* Homerum *nunquam putassem summum, &* Physicum, *&, ut tum esse poterat, Theologum, nisi tam stultè de Diis locutus esset: neque enim tam vecors, támque futilis esse potuit, ut ea sic intelligeret; sed ad siderum potestates, atque officia Geniorum omnia voluit referri.* [Hæc *Scaliger*, qui tamen alibi in *Homerum* iniquior, ut propterea non immeritò vapulet à *Leone Allatio*, De Patriâ *Homeri*, cap. 4.]

Scaliger Jo.

Epist. l. 1. Ep. 1.

Vix delibatis conjugationibus Græcis Homerum *cum interpretatione arreptum* 21 *diebus totũ didici: Poetica verò Dialecti vestigiis insistens Grammaticam mihi ipse formavi, neque ullam aliam didici quàm quæ mihi analogiâ verborum* Homericorum *observata fuit.*

Id. Epist. l. 3. Ep. 247.

Ut anni, sic poeseos Græcæ quatuor tempestivitates fuisse

fuisse animadverti. Prima fuerit illa, in qua principes Homerus *&* *Hesiodus, &c.*

Schottus A.

Præfat. in *Phot.* Biblioth. De Eust.

Cujus & in Homerum Poetarum *propè Deum explicationes, &c.*

Id. Nod. *Ciceron.* l. 3.

Poe*tarum omnium juxta ac Philosophorum propè Deum* Homerum, *&c.*

Schrevelius

Epist. Dedic. *Homero* suo præfixâ.

Poetas inter Homerus *sine omni controversiâ palmam obtinet; utpote qui animos hominum à vitiis avocat, ad virtutem & honestatem excitat, atque acuit; mores corruptos emendat, &c.*

Id. Præfat. ad Lectorem.

Post mortem nominis immortalitatem assecutus est; & communis opinio pererebuit eum non ex mortali semine, sed ex Deo natum; arbitrati ingenii sagacitatem omni humanâ industriâ majorem.---Quanti Homerum *fecerint populi & Reges, qui sapientiâ cæteris antestarent, testantur omnium seculorum historiæ. ---Vale---&* Homerum *tibi diligenti lectione familiarem facito, ut in quo nullius non artis aut perfecta aut certè non dubia vestigia reperiuntur; &, ut quidam scitè illum vocat,* Πηγὴν τινὰ τῆς διαλέκτου, τοῦ τε ἀνθρωπίνου βίου παράδειγμα, καὶ οἷον φωστῆρα τῶν ἄλλων ποιητῶν, ἑλλήνων τε καὶ τῆς τε ἄλλους περὶ λόγους παιδείας ἡγεμόνα.

Seberus

Epist. Ded. Indici suo *Homer.* præfixâ.

Tanta fuit omnibus seculis Homeri *judicata dignitas, ut cùm multi laudes ejus celebrare ausi fuerint, plerique tamen plenè illas se assecutos negare haud erubuerint. Ac sanè quis putet satis dignis affici posse laudibus eum, quem*

universus pœnè literatorum chorus non tantùm cum Platone *Poetarum optimum ac divinissimum, vel cum Jurisconsulto præcipuum ac summum* omnísq; virtutis patrem, *sed cum* Dionysio *etiam, &c.*

Seinius P. L. de Nepenthe *Hom.* seu de Abolendo luctu.

Magnum profectò, & Homero, *h. e. omnium* Poetarum *Philosophorúmque principe dignum.*

Seneca Epist. 58.

Poeta--jam apud Græcos in unius notam cessit, Homerum *intelligas, cùm audieris Poetam.*

Id. Ep. 88.

Illa discamus, quæ Homerum *fecere sapientem.*

Sextus Emp. Advers. Mathemat. c. 8.

Ἐπὶ μὲν οὖν ποιητικῇ ἔγωγε Ὅμηρον τεθαύμακα.

Id. c. 10.

Πιθανὸν δὲ γεγονέναι μέν τινας πρὸ αὐτοῦ (Ὁμ. *sc.*) καὶ κατ' αὐτὸν ποιητάς· τούτους δὲ ὑπὸ τῆς περὶ αὐτὸν λαμπρότητος ἐπισκοτῆσθαι.

Sibylla (Aut *Sibyllin.* saltem Carminum Autor)

Orac. l. 3.

Καί τις ψευδογράφος, πρέσβυς βροτὸς, ἔσσεται αὖθις
Ψευδόπατρις———
Νοῦν δὲ πολὺν, καὶ ἔπος διανοίαις ἔμμετρον ἕξει
Οὐνόμασιν δυσὶ μισγόμενον. Χῖον δὲ καλέσσει
Αὑτὸν, καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σαφῶς, ἔπεσιν γὰρ ἐμοῖς, μέτρων τε κρατήσει.

Sidonius Apoll. Carmine 23.

Torrens Herodotus, *Tonans* Homerus.

Silius

Silius Ital. — Lib. 14.

——————*Meruit Deus esse videri,*
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, sidera, manes,
Et cantu Musas, *&* Phœbum *aquavit honore.*

Simonides — Carmine Elegiaco de brevit. vitæ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·
Ἓν δ' ἐστὶ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ,
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Socrates — Epist. ad *Xenophont.*

Τὸ μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, ἐν τῷ ἄριστα τῷ ποιητῇ εἰρῆσθαι πεισθέντες.

Solinus — Polyhist. cap. 43.

Smyrna, unde pracipuè nitet, Homero *vati patria exstitit.*

Solon — Apud *Diog. Laert.* l. 1. in *Solone.*

Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐνθάδε ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον· μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος. [Quanquam non verbale, sed reale hoc testimonium *Solonis* sit, hinc tamen liquidò & apertè constat, quanti *Homerum* fecerit celeberrimus hic sapientissimúsque *Atheniensium* legislator; quare nullo modo omittendum duxi hoc ipsius decretum, quo viz. cautum est, ut Rhapsodi in *Panathenais Homeri* carmina recitarent (licet hoc institutum *Hipparcho Pisistrati* filio tribuant alii, ut *Plato* in *Hipparcho*, & ex eo *Ælianus* Var. Histor. l. 8. c. 2.) præsertim cùm & inter Autores nomen & locum meruerit hic Sophus, utpote cujus *Elegi & Epistola* etiámnum hodiè extant, & doctorum manibus teruntur.]

Sophocles

Græcorum Tragicorum Princeps, Μέλιττα Ἀττική, Ἄνθος ἀοιδῶν, etsi nusquam fortè nominatim *Homeri* in Tragœdiis meminit, (nec enim huic rei locus aut occasio erat in tali argumento) quàm religiosus tamen illius cultor ac ζηλωτὴς fuerit, jam olim observârunt Critici; qui & propterea Φιλόμηρον eum vocârunt. Et certè ubiq; hic Tragicus sedulum se & studiosum *Homeri* imitatorē ostendit tam in verbis, quàm in sententiis; passim adeò Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν, ut μόνος Ὁμήρου μαθητὴς à quodā è veteribus dici meruerit; referente *Triclinio*; si modò is autor sit Vitæ *Sophoclis*, Tragœdiis ejus præfixæ. Hinc & *Polemon* (teste *Suidâ*) appellare solitus est Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικόν, Σοφοκλέα δὲ Ὅμηρον τραγικόν. Postremò, etiam de *Sophoclea Homeri* imitatione Dissertationem edidit vir doctissimus diligentissimúsque, & de Græcâ linguâ optimè meritus, *Henr. Stephanus*. Cothurnus itáque *Sophocleus Homerica* grandiloquentiæ viva quædam effigies & imago est, eique satis amplum *Testimonium* præbet.

Spondanus

Proleg. in *Homerum* suum.

Sanè id summa laudi Divino Vati (Homero) *tribui oportet, qui licet rei familiaris angustiis oppressus, tamen in tantas ingenii divitias emerserit, ut néque pristina néque hodierna secula parem ullum ei protulerint---Hinc* Poetæ, *hinc Oratores.---&c.*

Statius Papin.

Sylvarum l. 5. Epiced. in Patrem.

Fors & magniloquo non posthabuisset Homero.

Ibid.

Quantus equos pugnásque virûm decurrere versu Mæonides.———

Stephanus

Stephanus H.

Dissertat. præfixâ editioni suæ Græc. Poet.

Homerum *itâ laudare ut poteram nolebam, non poteram autem ut volebam.*

Id. Schediasm. l. 2.

Homerus *itâ erat ab omnibus* πεπατημένος *veterum scriptorum ætate, ut nullam ex ullo ejus loco vocabulum peti possit, nec ad quicquam, quod ille dixisset, respici sive alludi, quin lectores statim id animadverterent.*

Strabo

Geograph. l. 11.

Ὅμηρος οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρείᾳ τὸν πολιτικόν. [Vid. plura ibid. ubi & *Homerum* Geographiæ principem esse fusè demonstrat.]

Id. l. 8.

Πιστεύονται δ᾽ ὡς ἐπὶ-τὸ-πολὺ οἱ ἐνδοξότατοι καὶ πρεσβύτατοι καὶ κατ᾽ ἐμπειρείαν πρῶτοι. Ὁμήρου δ᾽ εἰς ταῦτα ὑπερβεβλημένου πάντας, ἀνάγκη συνεπισκοπεῖν καὶ τὰ ὑπ᾽ ἐκείνου λεχθέντα.

Strada

Prolus. Acad. l. 1. prolus. 3.

Cùm lego poesin Homeri, *video sapientissimum Vatem, &c.* & aliquantò pòst de eodem. *Poeta ingeniosissimus, qui probe nosset unus, quid esset non ineptire.*

Stuckius

Antiqu. Convivial. l. 1. c. 27.

Præ cæteris quidem scriptoribus omnibus Homerus *omnia justa legitimáque hospitalitatis officia egregie sanè mihi expressisse*

expressisse, ac suis quasi coloribus depinxisse videtur in præclaris illis suis literarum monumentis, quæ quidem aliorum quóque officiorum vitæ humanæ præclara documenta, atquè præcepta continent.

Sturmius — Epist. ad *Theoph. Golium.*

Credo ego omnium oratorum ornamenta & instituta in Homero *demonstrari posse, ità ut si ars dicendi nulla extaret, ex hoc tamen fonte derivari & constitui posset.*

Suetonius — In & De *Caligulâ* cap. 34.

Cogitavit etiam de Homeri *carminibus abolendis,* [Præclarum verò facinus, & tali Imperatore dignum *viz.* monstro hominis.]

Suidas — In voce Ὅμηρος.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πατρίδα ἀμφίβολος (*erat* Homerus *sc.*) διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως.

Symmachus — Epist. l. 8. Ep. 22.

Et Homerum *novimus à dissimilibus prædicari: careret quippe fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset.*

Synesius — Lib. De Insomn.

Ὅμηρος καὶ Στησίχορος τὸ μὲν Ἡρωικὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἐθέτην· καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς.

Tatianus — Orat. adv. Græc.

Ὅρος δὲ ἡμῖν κείσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότατον, καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν.

Tertullianus — Lib. De animâ.

Homerus *Pater liberalium disciplinarum.*

Id. ibid. c. 56.

Novimus autem præter Poetica *jura, pietatis quoque* Homericæ *industriam, &c.*

Textor — Theatr. Hist. & Poet. l. 2. c. 98.

Homerum Poet*arum omnium facilè principem ferunt, cùm jam senio confectus, &c.*

Themistius — Oratione 16.

Οὐκ ἄρα μάτην ὁ σοφώτατος Ὅμηρος ἀπεχαρίαζεν ἐν τοῖς ἔπεσι συνεχῶς ἀνυμνῶν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id. alibi.

Ὅμηρος πρόπατωρ καὶ ἀρχέγονος τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων.

Theocritus — Idyll. 16.

——— Ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος,
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος ———

Id. Idyll. 7.

Καὶ μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Theodoretus — De curand. Græc. affect. l. 2.

Τί γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τῆς ἐπεποιΐας ἐκείνης γλυκύτερον;

Theon — Progymnasm.

Πρῶτον μὲν Ὅμηρον ἐπαινοῦμεν, ὅτι οἰκείους λόγους περιτέθεικεν ἑκάστῳ τῶν εἰσαγομένων προσώπων.

Thucydides — L. 2. In *Periclis* Oratione funebri.

Οὐδὲν προσδεόμενοι, οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει, &c. Ubi Schol. Οὔτε Ὁμήρου, ἀπὸ μέρους τῶν πάντων ποιητῶν.

Thysius Ant. — De Rep. Athen. p. 267.

In Panathenæis *majoribus Rhapsodi* Homeri *principis Poetarum carmina, &c.*

Tibullus — Lib. 4. Carm. Ad *Messalam.*

——*Æterno propior non alter Homero.*

Tiraquellus — De Jure Primigen. Qu. 17.

Sed & ex Homero *quoque, illo virtutum omnium parente* Justiniano *appellato, sortes rerum futurarum præsagia deprompta esse, testimonio est* Socrates *ille hominum sapientissimus, &c. nec tamen istis sortibus fidem esse adhibendam putarim.*

Id. In Legg. Connubial. leg. 1. gloss. 1. part. 1.

Paris *apud* Homerum *illum omnium disciplinarum tanquam Oceanum quendam, &c.*

Tzetzes Jo. — Chiliad. carmine de Educat. filiorum.

Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα τοῦ νέκταρος, οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων.

Valerius

Valerius Max. Lib. 8. c. 8.

Homerus *ingenii cœlestis Vates.*

Varro Lib. De Imaginibus apud *Agell.* l. 3. c. 11. *Homeri* imagini hoc Epigramma apposuit, partim sc. Lat. partim Græc.

Capella Homeri *candida hac tumulum indicat,*
Quòd ariete (*vel*, ut quidam legunt, aræ letæ, *vel* ut
alii, caprâ letæ) *mortuo faciunt sacra.*
Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου, (γος, Ἀθῆναι.
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὼν, Ἴος, (*alii* Χίος) Ἄρ-

Vid Hieron. Magium *Miscellan. l.* 3. *c.* 1. *&* Leon. Allat. *De Patriâ* Homeri *c.* 11. *quorum utèrque* Varronianum *hoc in* Homerum Epigramma Latino-Græcum fusè & eruditè explicat.

Victorius P. Var. Lection. l. 28. c. 18.

Omnis elegantia, omnisque in dicendo virtutis dux autórque fuisse Homerus *non sine causâ existimatur; quas indè posteà studiosè acceperunt non Poetæ tantùm Græci ac Latini, verùm etiam Oratores.*

Id. eod. l. c. 3.

Hujus consilii exemplum est apud Homerū *: vidit enim ille quóque, qui omnia divinitate ingenii sui perspexit, &c.*

Id. l. 35. c. 2.

Hæc elegans concinnáq; sententia fluxit è fonte omnis suavitatis & eruditionis Homero. Et alibi sæpè in eandem mentem.

Vida Hier. Poetic. Lib. 1.

Haud multos labor auctores tibi prodere Graios,
Quos inter potitur sceptris insignis Homerus.

Hunc omnes alii observant; hinc pectore numen
Concipiunt Vates, blandúmque Heliconis amorem.
Félices, quos illa ætas, quos protulit illi
Proxima: divino quantò quisque ortus Homero
Vicinus magìs, est tantò præstantior omnis.

Vitruvius

Præfat. l. 7. (loquens de *Zoilo* Homeromastige.)

Ptolemæus *cùm animadvertisset Poetarum parentem Philologiæque Ducem absentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus scripta suspicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit responsum, &c.*

Vives

De Trad. discipl. l. 3.

(Homerus) *quæ scripsit, non dicere videtur, sed ante oculos sistere: Ea est quasi depingendi vis & efficacia; Quâ virtute posteros omnes sine controversiâ superat, &c.*

Vossius Ger.

Ep. Dedic. præfixâ Institut. Poet.

De Homero *sic statuimus, nomen ejus non magìs Poetæ esse quàm Philosophi---Ex quo Platonis* (Homeri *dubito, an* Socratis *similiores) tum verba fluunt omnia, dictióque tota, propè adeò recedens à carmine, tum quòque omnigena illa rerum doctrina. Nec sanè* Alexandro *tam sublimis spei adolescentulo, alium æquè ac* Homerum *proposuit* Aristoteles.

Winsemius

Præfat. In *Homerum* inter Declamat.
P. Melanchthon.

Ac primùm quidem sic statuo, (de Homeri Poemate loquitur) *nullum unquam scriptum indè úsque à primùm condito orbe, ulla in lingua aut natione, ab ullo humano ingenio editum esse, (sacra ubique excipio) in quo vel doctrinæ tantum sit, vel elegantiæ & suavitatis* -- [Sed consule omninò & percurre integram illam Præfationem; operam non ludes, Lector.]

Wolphius Hier. Annotat. in *Isocr.* Panegyr.

Quanta fuerit Homeri, *non in vulgus tantùm autoritas, sed & quanta doctorum de omnis generis doctrina ejus, & quadam quasi divinitate opinio, non est obscurum. In jure civili certè quidem* omnis virtutis parens *appellatur, &c.*

Id. in *Isocr.* Orat. c. Sophist.

Homeri *autoritas apud vulgus Græcorum tanti olim fuit, ut ejus sententia pro oraculis haberentur, & ei refragari piaculi instar esset. Extant multorum orationes, qui demonstrare conantur, eum nihil ignorâsse, & omnes Philosophos suarum opinionum occasiones ex illius poesi petiisse.*

Wowerius Polymath. c. 19.

Lingua plectrum, dentium vallum, vel ut Poeta præcipuus *ait*, ἕρκος ὀδόντων.

Xenophon Memorabil. l. 1. in personâ *Socratis.*

Ἐπὶ μὲν τοίνυν ἐπῶν ποιήσει Ὅμηρον ἔγωγε μάλιστα τεθαύμακα.

Id. Conviv.

Ἴστε γὰρ δήπου ὅτι ὁ Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων.

Ibid.

Ὁ πατὴρ ὁ ἐπιμελούμενος ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκασέ με πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν.

Xiphilinus Epit. *Dion.* In *Adriano.*

Καὶ οὕτω γε τοιοῦτος ἦν (*ac si diceret*, adeò vecors & insanus erat) ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγειν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο.

Xylander Annot. in *Plut. Homerum.*

Quis unquam nisi vel malus vel imperitus non maximi fecit Homerum*? quæ ætas, quæ gens eum non summis extulit laudibus?*

Id. Præfat. ad eundem.

Homerus *princeps Poetarum, & Oceanus sapientiæ.*

Zanchius De Operibus Dei l. 2. c. 1.

Quin & Homerus *eandem ob causam, propter admirabilem scilicet rerum multarum cognitionẽ, appellatus fuit à multis, atque inprimis à* Dionysio, δαιμονιώτατος.

Zeno Cit. *Stoicæ* sectæ Parens & Conditor, (quem *Athenienses* tanto in honore & pretio habuerunt, ut publicum fecerint decretum, eum στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης· uti refert *Diog. Laert.* lib. 7. in vita *Zen.*) quanti *Homerum* æstimaverit, satìs amplo id indicio ac *Testimonio* est, quòd Προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε (sc. βιβλία) scripserit, teste ibid. eodem *Laertio.*

Zoilus ——— hosce omnes interstrepit anser olores,
Dúmque alii plaudunt, exibilat unus *Homerum.*

Et hinc fœdum adeò & exosum ubíque *Zoili* nomen, ut jam *Zoilus* non hominis, sed livoris, & maledicentiæ, & obtrectationis nomen habeatur, juxta illud *Ovidii* De Remed. l. 1.

Ingenium magni livor detrectat *Homeri*:
Quisquis es, ex illo, *Zoile*, nomen habes.

Et *Martialis* Epigr. l. 11. Ep. 93.

Mentitur, qui te vitiosum, *Zoile*, dicit;
Non vitiosus homo es, *Zoile*, sed vitium.

Ad *Zoilum Homeromastiga.*

Ἐλεγκτικόν.

ZOile, *tot niveos poteris spectare lapillos?*
Calculus atq; tuus discolor unus erit?
Suspendas *potiùs, nè* suspendaris *& ipse,*
Et [a] *crux censura sit tibi pœna tuæ.*
Omnia cùm dîxti, solus regnabit Homerus;
Omnia cùm dîxti, Zoile, *solus eris.*
Hactenùs ergo pares, quòd utérq; excellitis, ille
Arte suâ cunctos, Zoile, *túque tuâ.*
Cui palmam tribuunt omnes, tu solus Homerū
Carpis: nec similem tu, nec Homerus *habet.*
Cæsar *at* à caligâ *dictus* [b] *damnare Poetam*
Ausus: & huic poterat quid placuisse boni?
Odit? an invidit Vati super æthera noto?
Quid mirum? socio, Zoile, *macte tuo.*
Euge! & adhuc tu solus homo tam censor iniquus:
Quomodo? [c] monstrum *hominis, non homo* Cajus *erat.*

[a] Alii eum (*Zoilum sc.*) scripserunt à Philadelpho esse in crucem fixum (*ob maledicentiam sc. in* Homerum) Vitruv. Architect. l. 7. in Procem.

[b] Cogitavit etiam de *Homeri* carminibus abolendis. *Sueton. Vit. Calig. c.* 34.

[c] *Id. ib. c.* 22.

Ad eundem. Ode Στηλιτευτική.

HOmeromastix, *improbe* Zoile,
Os turpe, tabo Gorgonis *oblitum;*
Livoris œstrum, fel, venenum;
Spuma canis Stygii, *& paludis:*

Qui solus audes nomen Homericum,
Qui solus audes numen Homericum,
Numen, quod omnes unà adorant,
Sacrilegâ temerare linguâ.

Infame monstrum, Lerna calumniæ,
Halans Mephitin gutture lurido,
Ter-Sycophanta, scurra cœli,
Mome Deûm, jaculator audax.

Quoúsque Solem missilibus petes?
Solem Poetarum, & jubar ingenî
Sic dente mordebis canino,
Et rabido lacerabis ore?

Vides

Vides, ut omnis doctior orbis, &
Gens tota Phœbi Mæonia simul
Conspiret in cultum Camœnæ,
Unius & veneretur aras

Supplex Homeri ? *En quanta virûm cohors,*
Vati corollam nectere gestiens,
Festinet ultrò tura templo,
Et capiti dare serta sacro.

En quanta moles te, miser, obruat !
Quot ora læsi numinis arguant !
Quin te reum mox confiteris,
Testibus innumeris revicte ?

Crimen fatenti crux tibi debita ;
Hoc præcipit lex, hoc ratio jubet,
Vult gentium hoc Niloticarum,
Et Phariæ *dominator aulæ.*

At non carebis, Zoile, *næniâ,*
Lessóve ; Musam dat tibi præficam
Homerus, *& funebre carmen*
Pangit, & hæc tibi justa solvit.

Ὦ πόποι, ἦ μέγ᾽ ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἔρεξεν,
Ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ᾽ ἀγοράων.

FINIS.
